cientia, suppleatur ab ipsa virtute divina, et sic sustinendo
hanc positionem responsio ad obiecta est satis plana. Alia
vero positio est quod debet moveri celum mediante intelligentia creata
sive mediante angelo, et hoc competebat ordini quod dicit constitu-
tio universalis, de quo dicit Augustinus 3° De Trinitate ad litteram quod dicit sic mun-
dum ordinavit ut ipsum perficeret omnia corpora; et non
sicut congruum est angelos deputari ad ministerium hominum
sic etiam congruum est deputari ad motum et regimen ce-
lorum; et in hoc et [illegible] homini viatori et divine sub-
limitati maiestati; et hoc videtur Augustinus sentire de II articulo
loquens de angelica natura, dicit quod non sua maiestate
continet omnia, sed in tenendo illi maiestati et eius imperiis de-
votissime obtemperando, ad quod et per quod et in quo facta sunt omnia;
et hec positio magnorum est tam in theologia quam in philosophia,
quia doctores pie fidei et rationi et philosophie esse videntur. Si ergo
hanc positionem sustinemus videtur de facili posse ad obiecta et
congruum respondi. Ad id quod primo obicitur quod motus ille est
naturalis, dicendum quod motus ille comparatione ad primum mobile naturalis
esse dicitur, quia nature eius et figura illi motui concordat; nec
oportet quod est naturalis sit a principio intrinseco sicut a tota causa,
sed sufficit quod virtus intrinseca cooperetur virtuti active.
Ad id quod obicitur de gravi et levi dicendum quod ad motum gra-
vis non sufficit solummodo gravitas sive qualitas propria, immo
concurrit virtus loci attrahentis et virtus loci expellentis
et virtus corporis generantis; preterea illa duo moventia que ponit
philosophus, scilicet generans grave et leve et removens prohibens;
et quia hec ad motum celi non possunt concurrere oportet quod concurrat
virtus spiritualis substantie. Ad id quod obicitur de diffusione lu-
cis, dicendum quod ille non est motus localis vel proprie, sed magis motus
alterationis; unde sicut ignis per calorem suum diffundit
decorem suum virtute propria non se movet de loco in quo
est, sic intelligentia separata est in celo (?). Ad id quod obicitur quod ad
completum motum facit quod ad moveatur a principio intrinseco,
dicendum quod hic accidit. Non enim hoc est propter unionem mo-
toris, quia eadem est substantia spiritualis distans a mobili vel
distans motoris a mobili, et completius motor illi
la est quod facit ad motoris perfectionem; hoc autem multa ma-
gis reperitur in motu celi quod movetur ab angelis sive ab
intelligentia separata, sed substantia unita et virtute quam si mo-
veretur a propria forma. Ad id quod obicitur quod necessarium pendet
a voluntario, dicendum quod unum est de voluntate incorruptibilium, quamvis
autem voluntas angeli sit per naturam incorruptibilis, tamen per gratiam omnino
incorruptibilis efficitur; et talem substantiam intellectualem est esse celi mo-
tricem, que ut dicit Augustinus summe maiestati continenter perfecte
inheret; et quod talis substantia sit motrix celi, competit ipsi motori
nobilitas et immortalitas et necessitas, et non queres unde est
perfecta etc. ut sicut creatas ad quam consideranda finaliter ordina-
tur ministerio angelica. Ad id quod obicitur quod est sine in-
tentionis fine lassari, dicendum quod lassationem, dicendum quod lassatio
non facit finitas sed est in proportione motoris ad mobile.

proprie contrariae. Ut in capitulo de exemplo quorum nullum est in proposito. Et sic patent quaesita et per quod in manifesto est ea quae dicuntur in littera possunt. Tamen adhuc dubitari de eo quod dicitur in littera: glaciali soliditate suspendi. Et hoc videtur supponere quod aquae illae de se sint ponderosae et quod teneantur per violentiam soliditatis quod est contra ordinem universi. Sed dicendum ad hoc quod Magister comparat glaciali soliditati non propter quantitatem sed propter continuitatem et stabilitatem quia non fluunt nec refluunt nec deorsum descendunt. Item possit adhuc dubitari de hoc quod dicit: aquas super caelum minutioribus guttis et levioribus emanare vaporibus. Si enim hoc verum esset videtur esse firmamentum porosum esse et per illos poros guttae aquarum emanare. Videtur etiam caelum alterabile esse et susceptibile peregrinae impressionis. Sed dicendum ad hoc quod non vult dicere quod aqua ibi per sublimationem caloris penetraverit caelum sidereum quia numquam illud ascendit, sed per oppositum quia quantum usque ad aerem elevat aquas, vult quod a minori illuminare quod divina virtus aquas supra firmamentum sua providentia potuit constituere et sua potestate esset magis et magis corporis subtiliare. Item quaeritur de illa ratione quam reddit: non est hic dictum quod esset bonum quia binarius principium alteritatis et signum divisionis. Videtur enim ista ratio ita videtur esse ad oppositum sicut ad propositum, binarius enim propius accedit ad unitatem quam alius numerus. Sed dicendum est ad hoc quod ista ratio magis est allegorica. Vera tamen est quoniam enim binarius inter numeros primus ab unitate recedat, primo tamen hic recessus est et propter hoc ipsum intelligitur dico magis quam per alios numeros recessus ab unitate intuitus et perfectionis. Alia tamen est ratio litteralis quam tangit Magister in Historiis quia secundo die non vocatur facta est distinctio aquarum ab aquis, quae distinctio et si inchoata fuit secundo, fuit tamen consummata in tertio cum dicitur: congregentur aquae in locum unum; et quia divina visio sequitur approbationem perfectionis.

Sequitur de opere quartae diei. Sequitur. Agit Magister de productione sensibilium conditorum in quorum hic est duplex differentia, quoniam quaedam enim caelos continentes. In hac parte agit de productione sensibilium conditorum in quorum hic sunt duplex differentia quoniam quaedam enim caelos continentes ut talia vel grandia sicut sunt caela, quaedam non contenta ut sunt caelestia luminaria. Secundo pars ista habet duas. In prima agit de distinctione caelorum, in secunda de productione luminarium ibi: Dixit Deus: fiant luminaria. Prima pars habet duas. In prima declarat veritatem, in secunda solvit dubitationem ibi: Si autem dicatur congregatae sunt aquae. Secunda pars prima habet duas: in prima comparat productionem luminarium operibus aliorum dierum; in secunda determinat propter quod sunt facta ibi: quae ideo facta sunt ut per illa etc. Et sic duo continentur in parte ista videlicet distinctio caelorum et hoc satis est plana quantum ad praesentem materiam; sed circa secundam autem quod est formatio luminarium occurrunt dubitationes ut textus sacrae scripturae intelligatur plane.

Ad intelligentiam huius partis obmissa distinctione caelorum circa productionem luminarium quaeruntur duo. Primum est de ipsis luminaribus per comparationem ad corpus in quo locantur. Secundum est de ipsis in comparatione ad ea in quae operantur. Circa primum quaeruntur tria. Primo quaeritur utrum luminaria posita sint in eodem corpore continuo aut in diversis. Secundo quaeritur utrum moveantur motu corporis continentis aut motibus propriis. Tertio quaeritur an motus comparatur alicui caelo sine stellis.

Circa primum sic proceditur: et quod omnia luminaria caeli locentur in uno corpore continuo et quod sic videtur per textum sacrae scripturae quod dicit omnia luminaria in firmamento posita esse. Genesis 1: Fiant luminaria in firmamento caeli etc.

Item hoc idem videtur ratione quoniam corpora distinguuntur ab invicem distinguuntur aut forma aut situ. Sed corpus caeli a luna usque ad caelum stellatum est uniforme et situm non est corporis dictatam superficiem. Ergo impossibile est ipsum habere pluralitatem sive distinctionem. Ergo omnia luminaria sita sunt in eodem corpore.

Item si aliqua corpora sunt discreta ab invicem ad motum unius non sequitur motus alterius. Sed ultima sphaera movet totum quod infra ipsam est ab oriente in occidens. Ergo necesse est totum firmamentum caeleste esse unum corpus continuum.

Item sicut aves sunt productae ad ornatum aeris, et luminaria ad ornatum caeli. Sed unum est corpus aeris quod ornatur omnibus avibus. Ergo pari ratione unum est corpus quod ornatur omnibus luminaribus.

Ad oppositum arguitur sic: nullus venit in corporibus eiusdem ex divisione continuum. Sed orbes planetarum dicuntur esse septem tam ab (?) quam in Almagesti. Ergo sunt discontinui. Igitur luminaria caeli non sunt in eodem corpore continuo.

Item impossibile est duo corpora quae moventur diversis et disparatis motibus firmamentum totum esse continua. Sed orbes planetarum sicut dicunt astronomi moventur contra ultimam sphaeram. Ergo impossibile est continuari.

Item Damascenus in enumeratione caelorum distinguit caelum septem planetarum a caelo stellarum. Sed hoc non esset si corpus in quo planetae et stellae essent in firmamento posita in quo in uno continuo, ergo etc.

Item si omnia luminaria essent in firmamento posita, itaque in uno corpore continuo omnes essent stellae fixae et nullae erraticae. Si ergo aliae dicuntur esse fixae et quae erraticae videtur quod positae sint in alio et alio corpore. Iuxta hoc quaeritur quare dicit plures esse stellas quae faciunt planetas, cum quae plures sunt stellae fixae quam erraticae.

Respondeo. Ad praedictorum intelligentiam notandum est quod secundum communem positionem loquentium et hanc tamen Almagesti luminaria locantur in diversis orbibus. Haec autem distinctio orbium secundum melius intelligentes non venit ex distinctione formae sicut distinguitur aer et aqua, nec venit ex discontinuitate superficiei sicut distinguitur lapis a lapide, sed venit ex diversitate motuum. Diversitas autem motuum non tollit continuitatem eo quod caelum est subtile et ad motum habile sicut manifeste apparet in aqua quae secundum diversas sui partes ad diversas moveri potest et similiter in aere ex quo tamen non discontinuatur. Sed haec igitur discontinuationem. Sed haec quae positio dicit quod luminaria caeli posita esse in pluribus orbibus, sed corporis tamen uno continuo quod septem vocatur nomine firmamenti; et ideo dicit omnia luminaria posita esse in firmamento caeli. Veritatem rationes ad hanc partem adductae sunt concedendae.

Ad illud ergo quod obicitur quod nullus est ex diversitate continuum, dicendum quod verum est de illo motu quo mutantur corpora eiusdem in genere contrarium; sed non est verum de motu quo mutantur corpora in genere mobilium. Ad hanc igitur sufficit sola motuum distinctio sicut est in proposito.

Ad id quod obicitur quod orbes planetarum moventur contrariis motibus ultimae sphaerae, ergo discontinuantur, dicendum quod non sequitur hoc. Non enim habet contrarietatem in corpore solido. In corpore enim subtili et raro sicut est aqua et aer manifestum habet veritatem, quia huius enim distinctio potest venire a virtute motoris cum continuitate mobilis propter hoc quod est maxime obediens motori, nec habet superficiem sectivam sicut habent corpora solida; et ideo partes planae et duo venti oppositi perflant in aere, quod unus dextrorsum et alter sinistrorsum.

Ad id quod obicitur de Damasceno quod caelum planetarum distinguit a firmamento, dicendum quod distinctio caelorum plus attenditur secundum diversitatem operationum et motuum quam attenditur

utrum omnia luminaria caeli locentur in uno continuo

per distinctionem corporum. Sed neque modo posset antiquitus dici. Unde Rabanus in distinctione celorum: celum sidereum et celum planetarum. Secundo de celo comprehendit. Ad primum quod obicitur quod si planete sunt in firmamento non sunt stelle erratice, dicendum quod non sequitur, quia in eodem corpore possunt inventa diversitate collocari, in quo unitur alligatur inseparabiliter; reliquum non minime. Et stelle fixe dicuntur immediate posite in octavo spatio; cum motu moventur planete non sunt in orbibus inferioribus qui moventur motu contrario, et ideo ad aspectum nostrum errare videntur, dum in suis superioris orbis incedunt. Ad secundum quod queritur quare in octava spera luminaria plura ponuntur, dicendum ad hoc assignatur plures rationes. Et prima ratio est quia spera octava maxima est et a nobis remotior; partes ipsius non possunt perduci nisi luminibus diversis stellis. Secunda ratio est quia sicut apparet in dante inferioribus, ipsius que plures habent motus stellam unam, et inferiori que habent pauciores dant stellas multas. Tertia ratio est quia motus influunt in inferioribus orbibus inferiores, quia secundum proportionem distantia debet esse influentie ut orbis ille octavus precellet in inferioribus quos movet; inundante corporum luminarium multiformitate. Mediantibus has autem rationes mediante ut esse probabiliorem in quo concordat Alpetragius quia multiformitas ad unitatem reducitur, et ideo in spere quanto plus accedit ad uniformitatem motus, tanto multiformitatem corporum. Ut non quod habent motuum formam multiformitatem debent luminarium unitate.

Secundo queritur utrum luminaria moveantur in orbibus sicut motibus propriis, et quod sic videtur, quia sicut aves et pisces sunt ad ornatum aeris moventur motu proprio in aere et pisces in aqua, ergo et pari ratione luminaria in celo. Item motus orbium non ponitur nisi propter motum luminarium, quia circumscripto corpore desiderant nihil influere sive moveatur sive stent. Sed natura non facit per plura quod facere per pauciora, nec facit cum maiori difficultate quod potest facere cum minori; si ergo idem facit sidus quod facit motus totius orbis, videtur quod non sit consonum ponere quod stelle moveantur propriis motibus. Item si luminaria moverentur motu suorum orbium et moveantur motibus dispositis, et quod in oppositum celo stellato, videtur quod ibi obviatio et retardatio est in quo moventur sit unum corpus continuum. Item manifeste videmus ad oculum in planetis esse elevationes et depressiones, progressiones et retrogradationes; sed non hoc possunt esse nisi propriis motibus motum habeant, ergo etc. Contra: si motibus propriis moventur planete, ergo vel duo corpora erunt in eodem loco, vel necesse est esse vacuum ubi pertransit planeta; vel necesse est corpus celi rarefieri et condensari et in corrumpi, sed quibus horum est inconveniens, ergo etc. Item natura non deficit in necessariis maxime circa ea que sunt in ipsa nobiliora; ergo si in hiis que moventur proprio motu providit instrumenta, utpote pedes et alas vel pennas, videtur quod in celestibus corporibus debuit dare ista; sed ista non habent sicut patet ad sensum, ergo videtur in eis deficit vel non videntur motibus propriis. Item stelle in octava spera non moventur nisi motu unius spere, ergo si ita collocatur unusquisque planeta in suo orbe sicut stelle in octava spera, videtur quod nullum luminare proprio motu habeat moveri. Item si luminaria aliquando moverentur motu proprio ad faciendum progressionem vel retrogradationem, ipsorum esset motum celi esse uniformem; sed ergo motus est uniformis et perpetuus, videtur quod non sit planetas moveri motibus propriis et aliquando

retrocedere, aliquando progredi. Ad tertium dicendum quod de hoc questio contraria est inter naturales et mathematicos. Mathematici enim, maxime considerantes apparentiam, ut illa possent salvare sicut sunt motus perpetuitatis et uniformitatis, posuerunt eccentricos et epiciclos, et planetas moveri motibus propriis in epiciclis, et secundum hoc salvata motus uniformitate aliquando contingit planetam deprimi, aliquando elevari secundum motum ipsius planete in epiciclo et epicicli in eccentrico, et eccentrici esse centrum aliud ab eo quod est centrum mundi. Ad oppositum autem illorum de quorum illorum contrario gaudent, credentes quod non est in continuis sed corpus illud scinditur motu planete pertranseuntis corpus, nec inconveniens potest esse aer corpus positum non tamen compressibile sed ad raritatem et compressionem: quod planete non moveantur nisi motu suorum orbium sicut clavus fixus in rota movetur motu rote non proprio, et hoc ponunt propter unitatem corporis et incorruptibilitatem propter quod non potest scindi nec transitum prebere aliis corporibus. Ponunt vero idem esse centrum orbium superiorum et inferiorum, scilicet centrum mundi propter rotunditatem perfectam ipsorum orbium qui circulariter moventur; et quod unus non sit inferior alteri ponunt, et cum hoc maiorem et minorem velocitatem in orbibus, et ex hoc habent vias retrogradationes vel progressiones, quia cum unum corpus multum, corpus aliud multum precedit alterum sua velocitate, alterum videtur retrocedere; et hec omnia valde videntur rationi consona, et ideo licet positio mathematicorum secundum iudicium sensuum videatur esse melior, quia secundum illam in apparendo. Et naturalium esse motus corporum superiorum secundum rationem tamen non oportet esse melior quia secundum frequentem viam naturalium. Sed rationabilius videtur procedere et ponere. Sicut patet, ideo si illa pars sustinere velimus, potest responderi ad ea que obiciuntur in oppositum. Ad primum enim quod obicitur quod aves in aere et pisces in aqua motibus propriis moventur, dicendum quod non est simile, quia tam aer quam aqua sunt corpora que possunt rarefieri et condensari, et propter ista eadem non sunt sic nata moveri. Ad corpora que ad eorum ornatum spectant ipsorum motu sufficiente possidere transitum localem, et quod exigit decorem universi. Preterea ipsis alibi competit motus progressivus propter suam indigentiam, et qui est ad assequendum delectabile; et hic in luminaribus celi non competit, patet. Ad secundum quod obicitur quod motus orbium est propter motum luminarium, dicendum quod verum est, tamen ex hoc non sequitur quod sola luminaria debeant moveri; non enim sic salvatur integritas corporum continui si stelle moveantur motibus propriis sicut si moveantur in orbibus suis, quia per talem motum corporum celestium non fit aliqua mutatio de loco ad locum secundum totalitatem motus, sed esse locum in alio corpore divisio, et hoc totum perfectum et incorruptibile totius celi exigebat. Ad tertium quod obicitur quod si moventur motu orbium videtur quod sit retardatio et obviatio, dicendum quod non est obviatio nisi quando diverse secundum eandem lineam corpora moventia sibi adinvicem; hic autem non est sic, quia orbes inferiores sunt in superioribus; ideo motus eorum eis non repugnat, nec retardat propter maximam mobilitatem ad motorem obedientiam. Ad quartum autem quod obicitur de illis retrogradationibus et progressionibus, dicendum quod iam tactum est quod et si videantur fieri ad sensum, hec non vel propter maiorem et minorem velocitatem ipsorum orbium. Et sic quamvis salvet explicite hec via unica possit salvare, ideo ad quod salvandum mathematici posuerunt eccentricorum et centrorum multitudinem. Sed hoc ad aliam scientiam spectat.

Tertio queritur utrum conveniat aliquem orbem moveri absque stellis, et quod non videtur, quia celum empyreum potest a scientia esse immobile propter suam uniformitatem. Sed celum illud caret stellis et uniforme, ergo nullum celum quod caret

quia ut ignorent alii dicunt quod illud non scinditur [illegible] planete

utrum luminaria moveantur in orbibus (sive [illegible])

utrum 3 aliquis orbis moveatur absque stellis

stelle est mobile. Item variatio est motus in eo. In motu est continuitas et variatio. Sed continuitas que est in motu est a continuitate magnitudinis. Ergo pari ratione variatio motus est a variatione mobilis. Sed corpus celeste quod caret stellis non habet in suis motibus variationem, ergo non movetur. Item animalis motus est propter aliquam indigentiam supplendam vel in ipso movente vel in aliquo inferiori. Sed celum quod caret stellis non potest moveri propter suam indigentiam cum nulla in motu illo eius indigentia compleatur, nec propter supplendam indigentiam in inferioribus, quia in bonum inferiorum descendendo sit motus difformis et uniformis. Ergo videtur quod nullo modo alicui sine stellis celestium corporum motus competat. Item motus celi est perfectissimus omnium motuum et ideo est omnium motuum regula. Ergo sicut per regulam mensurantur omnia que sunt in genere illo, alia mensurantur omnes motus per motum primi mobilis. Ergo motus primi mobilis maxime notus est ipsi anime. Sed nullius corporis motus est notus ipsi anime. Sed nullius corporis motus est notus ipsi anime nisi quod habet stellas ad luminaria; non desphericum (?) motus orbis nisi per motum luminaris. Ergo videtur quod non sit ponere aliquem orbem motum qui careat omni luminari. Propterea cum motus eius lateat [illegible] [illegible] sancti scriptura uniformis orbis recreat motum. Et sic videtur quod ponere aliquem orbem motum supra firmamentum quod est celum, nullius consensum sit temerarium. Ad oppositum multi reducunt ad ... Ergo motus corporis multiformis reducitur ad motum corporis uniformis. Sed uniforme corpus non est nisi quod caret omni luminari. Ergo videtur quod istas rationes in quibus sunt luminaria sit ad celum mobile. Item motus ille qui non est in natura omnium motuum est ille qui est ab oriente in occidens, qui est motus diei naturalis, et completur in xxiiii horas. Sed dies naturalis omnium temporum est uniformis. Ergo et iste motus. Ergo et mobile et cetera. Item sicut est terra ordinatum medium ad extrema necesse est medium participare conditionem utriusque extremi. Sed celum cristallinum medium est inter empyreum et firmamentum. Ergo cum empyreum sit uniforme et immobile et firmamentum sit multiforme et mobile, videtur quod cristallinum celum sit aut multiforme et immobile aut uniforme et immobile aut uniforme et mobile. Sed multiforme et immobile esse non potest cum varietas mobilis disponat ad motum. Ergo necesse est quod sit uniforme et mobile. Item quecumque aliqua plura conveniunt ad constitutionem alicuius necesse est ut virtute alicuius unius coniungi. Ergo cum quecumque plura mobilia concurrunt ad effectum unum conforme per sua influentia, necesse est quod coniungantur per aliud mobile uniforme. Si ergo virtus planetarum et stellarum concurrunt ad productionem effectuum in his inferioribus, et quandam conformitatem, necesse est ut illa esse ad mobile quod iungat eadem habitudine et temporibus uniformiter, et illud aliquod orbi absque stellis competit motum. Est igitur quod aliquis sit ille orbis et per quas rationes competit motum eius, scilicet vel quia celum est, tunc et empyreum erit mobile. Si quia celum quod est non tamen continens sed contentum, tunc de celo igneo et ethereo qui quidem continentur et continent et tamen non moventur obiectante. Item super hoc quod de sufficientia et numero celorum, et cum celestia distinguat ab [illegible]. Quia aliqua distinctio celorum sumitur penes cla[ritatem].

Si tu dicas quod propter naturam perspicui tenuis reperta causa est perspicuitas sit in aqua, etiam aqua debet dici celum. Et quod est ponere celum motum quod caret luminari et stellarum variatione, et hoc est celum aqueum sive cristallinum ad eius cognitionem et si pauci philosophi pervenerunt quia corpus illud latet sensum tamen pervenerunt aliqui et illi qui pervenerunt et posuerunt ipsum motum sicut quidam astronomi

non sit hoc probare. Item tamen ad cognitionem existentie huius celi pervenerunt omnes tractatores catholici auctoritate sacre scripture dimittentes insistentes, quia ipsius existentiam expresse declarat. Materiam tamen eius vel qualitatem non explicat sed doctores catholici rationibus sufficientibus convincunt ponere id celum motum et multas alias rationes potissimas quod tamen illa que sunt ex perfectione intellectus. Ex quo distinctio celorum et numeri rationabiliter potest investigari. Et potest sic: celum, id est de sua quod accepit dicitur aliquod uniforme perspicuum et contentivum supra contentum elevatum.

Secundum primam acceptionem celorum distinguuntur a Rabano septem celi, scilicet perspicua et contentiva. Aut est tantum dativa aut receptiva. Si est dativa, aut est uniformis non mota, et sic est empyreum, aut est uniformis et mota et mota et sic est cristallinum.

Contra dicta sunt quod sic potest quod sit multiformis non mota propter hoc quod singularitas motus est passio consequens ad multiformitatem corporis. Si autem sit perspicua et tantum receptiva aut separabilis aut inseparabilis. Si inseparabilis aut est calidum sicut ignis et vicarium et sic est igneum aut frigidum sicut aer aquosus; et quo gignitur aer, et sic est olympum quod dicunt diversi sipium propter montes approximationem. Si autem est receptivum separabile sicut aer quod illuminatur et replet corpus luminosum et obtenebratur ex eius absentia. Hec duplex: aut superiorum pars et sic est ethereum, aut secundum inferiorem et sic est aereum. Et in hac distinctione comprehendunt omnia corpora mundi preter terram et aquam. Terra enim non potest comprehendi ratione celi quia caret tam perspicuitate quam ambiendi tanta capacitate. Aqua autem similiter caret quia quamvis habeat perspicuitatem non tamen ambit undique. Et sic est ista sufficientia celorum in quantum obiecta sapientie conditoris et perfectio intellectualis manifeste apparet quod ponere aliquod orbem sine luminarium multiformitate motum et id propter hoc dictum est primum mobile. Sed autem distinctio et sufficientia sumpta est secundum enumerationem Rabani qui celos numerat secundum acceptionem celi prout nominat non perspicuam contentivam. Sic non comprehendit tamen celestia pure dictum et elementaria non omnia. Si autem celum proprie dicatur tantum celestia, scilicet non perspicua undique contentiva et nulli contraria, sic distinguitur a quibusdam philosophis per viii orbes quos dixerunt viii sphera ultima est. Alii autem amplius ultimi in hac tamen ultra viii spheram posuerunt. Unde et propter hoc ultimi venerunt ad perfectam orbium distinctionem ut ponerent decimam speram in qua est quies et vita sempiterna, videlicet celum empyreum de quo et si alii vix aut numquam loquuntur, Beda tamen et Rabanus ipsum esse expresse testantur. Horum autem numerum et sufficientiam possumus sumere sic. Distinctio enim celorum aut est per diversitatem spatiorum aut per distinctionem motuum et luminarium contentorum. Si per diversitatem formarum sic distinguimus celos: aut enim indiget ideo non perfecte luminositatis et sic est habile ad statum gloriae et ideo quietum et sic est empyreum, aut indiget ideo non perfecte perspicuitatis et extreme frigiditatis et sic est cristallinum sive aqueum quod conducit facit ad conservationem vite cellulis et ideo est habile ad motum, aut indiget ideo non perspicuitatis et luminositatis vel extreme caliditatis et sic est celum sydereum quod quidem facit ad consummationem vite inferiorum et ideo est multiforme in motu. Si non fiat distinctio celorum penes distinctionem luminarium sic est distinctio orbium aut in orbibus continentibus multitudinem sydereum aut unitatem. Si multitudinem sic est celum stellarum. Si unitatem sic etiam vii sunt planete secundum quos regitur mundus

temporis quod in xxvii diebus clauditur. viii sunt orbes et sic tertium celum sua multiformitate continet viii spatia sive orbes, duo superius precedentes et ita x, et sic perfectio partium universi videatur esse perfecto numero scilicet denario.

Ex predictis igitur patet quantum est de sufficientia celorum sub propria appellatione celi contentorum: ponitur esse celum cristallinum motum quod caret stellis et ideo ad quorum proportionem reddendam et quod absque stellis preter alios orbis motum. Celum aqueum quod est mobile primum et quod uniformiter movetur ab oriente in orientem per occidentem et ... et alios orbes inferiores in uno die naturali scilicet per spatium xxiiii horarum ab oriente in orientem revolvit quamvis nostro sensui appareat. Et aliqui philosophi hoc senserunt quod ... sic ... angelum philosophi reprehenduntur quod ipsum firmamentum movetur proprio motu ... annus perfectus uno gradu sive anno ... sive secundum ... et tenendo quod ... ponitur quod est celum quod ... firmamentum carens stellis et concedendo sunt rationes hoc ostendentes. Ad primum vero quod omne continuum quod est uniforme etc. dicendum quod si haberet uniformitatem per carentiam diversitatis partium, habet tamen diversitatem rationum dextri et sinistri per operationem ad intelligentias motorum et hec diversitas sufficit ad faciendum motum et per hoc patet responsio ad formam. Quia non est talis variatio in illo motu primi mobilis que exigat diversitatem luminis in partibus quia partes concordant uniformiter et hoc non motus dicatur variatio vel quietis motus tamen per motum aliorum est uniformis. Ad secundum quod obicitur quod ... movetur et descendit, dicendum quod verum est sed non quiescit non movet orbes inferiores suo motu nec autem movet ... motum ab ipso descendit ... inferiora. Ad tertium quod motus eius debet esse notissimus et sic regula aliorum motuum dicendum quod non debet esse notum sensui in se sed sufficit quod notificetur in effectu suo sic in non perpetuum revolutionem viii spere ab oriente in orientem manifeste ut per solem et alia luminaria per hunc modum uniformitas que ad spatium horarum nobis motum celi uniformis expresse indicat hanc perpetuam per variationem diei et noctis. Ad illa vero que in initio querebantur iam patet solo expediens.

Consequitur quod de ipsis luminaribus in comparatione ad ea que aguntur et circa hoc queruntur tria. Primo queritur utrum in luminaribus diversis sit diversitas specierum. Secundo queritur utrum habeant diversitatem compositionum. Tertio queritur utrum ex eorum compositionibus causetur diversitas morum.

Circa primum sic proceditur et queritur utrum luminaria diversitatem habeant specierum, et quod sic videtur: sicut vult philosophus, sol non est nomen individui sed speciei, similiter et luna. Constat autem quod sol et luna sunt in posita diversis, ergo ea sunt diversa secundum speciem. Item non potest esse nisi unus sol sicut dicit philosophus quia sol est ex tota sua materia, sed si sol ab aliis luminaribus non differret nisi solo numero non esset ex tota sua materia, ergo differt amplius quam numero, ergo differunt specie. Item corpus quod est natura luminosum et corpus quod ex se est opacum simpliciter alterius rationis sunt secundum speciem, sed corpus solis de se ... est luminosum, luna vero quantum est de se opacum corpus est, quod patet in eclipsatione solis et interpositione lune, ergo sol et luna differunt specie, pari ratione et alie planete. Item terra ornata est diversis lapidibus et plantis et animalibus secundum speciem, ergo pari ratione videtur quod celum sit ornatum diversis luminaribus secundum speciem differentibus. Sed contra corpus simpliciter non habet a

mixtionem aliorum corporum preter ... ad totum et ... sed celum sic probat philosophus est corpus simplex ... ergo luminaria non habent formas secundum speciem diversas. Item luminaria sunt exaggerationes materie sui orbis sicut vult philosophus in libro de celo et mundo, sed maior aggregatio et minor non facit diversitatem secundum speciem sed solum numero, ergo luminaria celi non sortiuntur diversas formas secundum speciem. Item flamma maior et minor non differunt secundum speciem quamvis sit in una maior aggregatio luminis quam in alia, ergo si sic videtur esse in luminaribus celestibus videtur quod non differant forma specifica. Item nobilissima forma que sit in sole est ipsius lux, et nobilissima forma lune est forma lucis, ergo lux est forma ultima et completiva solis in specie sua, sed in luce conveniunt cum omnibus aliis luminaribus, ergo videtur quod luminaria celi specie celi non sunt differentia. Respondeo ad predictorum intelligentiam est notandum quod quidam philosophorum posuerunt quod inter luminaria celi est reperire diversitatem quantum ad speciem et formam, et istud concordat satis rationi recte quamvis non omnino recta ratione moveantur quidam ad ponendum diversitatem secundum speciem in luminaribus celi. Posuerunt enim aliqui quod luminaria secundum speciem essent necessario diversa propter hoc quod non haberent ... continuitatem et unum quodque esset ex tota materia, sed hec ratio est falsa et vana et plurium errorum et ... ponendi in omnibus hominibus animam unam sicut melius patebit in ... quod ... non requiratur ad diversitatem secundum numerum. Dicendum quod ... est ... diversitate secundum numerum quod attenditur in aliquibus secundum similitudinem sive productionis et secundum ... egressum ab opifice sed in hiis solum ... unum generatur ex alio. Et ideo ex hac ratione premissa ... diversitatis illorum luminarium. Ex parte quorundam philosophorum ... ex parte finis ... producta propter diversitatem ... in hiis inferioribus faciendas et propter ornanda celestia ... et ideo competebat diversitas ... spere et ... ut ex diversitate ... continentes resultaret perfecta ... et ex diversitate ... comparatione ... contingeret ... Similiter ... ex parte efficientis qui secundum suam potentiam et sapientiam et bonitatem diversa produxit secundum speciem et formam et quod dare ... potuit unum solum posse dare diversa in specie. Similiter ... ex parte materie. Sicut enim ... secundum diversitatem mixtionum apta ad susceptionem diversarum formarum sic in corporibus simplicibus secundum maiorem raritatem et densitatem ... partibus ad diversarum formarum aptam susceptionem sicut patet in ... quod ... secundum maiorem densitatem suscipit formam ... dum autem rarescit fit ... minus dispositum ad formam aliquam ... per hunc modum intelligendum est in celo ... in celestibus ... de ... orbis sit reperire rarum et densum ... secundum maiorem raritatem et densitatem ... diversarum formarum ... susceptibilia ... rarum et densum ... clari et ... celestibus ... frigida et calido dissolvere et constringere preter ... in celo ... causante ... secundum diversum ... rarum et denso ... preter ... magis distantes, quia ... denso ... compressive et magis unite et in raro ... Similiter ... ex parte forme ... in una forma ... ex diversis luminaribus et secundum ... proprietatem maiorem ... magis et minus nobilia et ideo ... formam diversitate propter diversos ... gradus complementi ... ideo diversitas formarum completivas. Concedendum est igitur rationes ostendentes luminaria celi secundum speciem esse diversa quamvis illa ratio primum valeat quod sol ex tota sua materia ... sicut iam ostensum est. Ad primum vero quod obicitur quod corpus simplex ... dicendum quod simplicitas corporis tollit diversitatem ... habet ex

mixtione et forma perficitur mixtum. Sed non tollunt ista diversitatem que est ex diversitate formarum simplicium sicut patet; quia quamvis elementa sint corpora simplicia non tamen omnia elementa sunt unius speciei. ¶ Ad illud quod obicitur quod secundum exaggeratione materie dicendum quod non tangitur diversitas a diversitate et ideo sequitur ratio non valet; de flamma minori et maiori plus enim differunt luminaria quam flamma maior et minor sicut colligitur ex suis virtutibus et operibus contrariis. ¶ Ad illud quod obicitur quod forma lucis est completissima dicendum quod hoc est verum de formis que disponunt ad ipsam. Lux autem potest esse forma perficiens alias formas corporales que ad eas disponentes et secundum eius participationem maiorem et minorem forme corporales sunt magis et minus complete. Vel dicendum quod lux est nobilissima forma corporalium [illegible] que sunt ei ex [illegible] non est una de formis luminarium celestium in quibus situs est et tamen complete salvatur.

Secundo queritur utrum diversa luminaria habeant diversas impressiones in corporibus inferioribus et quod sic videtur. Per auctorem [illegible] v. de celo dicit quod usque quo ab suis [illegible] ad corpora [illegible] afflatus variare videtur sic in solaribus accessibus et recessibus videtur ipsius anni tempora variari et lunaribus incrementis et detrimentis augeri et minui quedam genera sicut maria [illegible] estus occeani. ¶ Item alkindi dicit quod quedam stelle calefaciunt quedam infrigidant quedam humectant et quedam desiccant et hoc ostendunt plures experientie. Igitur videtur quod corpora celestia impressiones diversas habent sicut corpora. ¶ Item ad diversitatem formarum sequitur diversitas virtutum et ad diversas habent sicut corpora. ¶ Item ad diversitatem formarum sequitur diversitas virtutum sicut diversitas impressionum. Ergo luminaria celestia diversa specie et non diversitas efficiant impressiones sicut hec inferiora. ¶ Item si diversitas impressiones et virtutes non haberent [illegible] quod diversitas in eis frustra esset sed non est frustra ergo et cetera.

¶ Sed obicitur per ptolomeum dicit [illegible] quod sunt in signa et tempora et cetera. Sed ad est signum et ad causam. Si igitur luminaria non possunt [illegible] sed quod eius instruunt videtur quod non habent in hiis inferioribus effectum sed solum signare. ¶ Item damianus autem dicit quod ipsa non sunt causa alicuius corporum que fiunt nec corruptionis alicuius que corrumpuntur. Ergo videtur quod non habent in hiis inferioribus effectum aliquem impressionem. ¶ Item quecumque habent diversam impressionem videtur quod aut imprimunt formam quam habent aut formam quam non habent formam quam non habent non possunt imprimere quia agens debet esse in actu [illegible] passo. Si imprimunt formam quam habent aut formam in qua communicant aut formas in quibus differunt. Si formas in quibus differunt ergo videtur quod luna generet lunam et sol solem et hoc est falsum. Si formam in qua conveniunt ergo videtur quod omnia luminaria eandem habent impressionem in hiis inferioribus. ¶ Item sol calefacit per suum motum et emissionem radiorum et [illegible] mediante lumine. Sed omnia luminaria celestia conveniunt in luce et radiorum emissione et motu. Ergo videtur quod omnia habent calefacere. Ergo non est verum quod dicitur quod quedam calefaciunt quedam non. ¶ Item sol habet virtutem illuminandi et calefaciendi hec inferiora. Si ergo sol plus communicat de virtute sua lune quam alicui aliorum corporum videtur quod luna eandem habet impressionem et magis [illegible]. ¶ Item ignis inter omnia elementa magis accedit ad naturam celestem. Ergo omnia luminaria celestia plus conveniunt cum igne quam cum aliquo elementorum. Ergo videtur quod magis habent effectum super ignem et eius qualitatem. Ergo videtur quod omnia in sua actione et dominio quecumque ignis incendat et fortificet [illegible] et videtur quod omnia desiccent et calefaciant et nulla infrigident. ¶ Solutio. Dicendum quod luminaria celestia impressionem habent sicut elementa et elementaria corpora impressionem tamen non unicam tantum sed multimodam. Non autem quo sicut inferiora in hec inferiora agunt et imprimunt et per qualitates intendunt et quia sunt corpora nobiliora et precellentia virtute sicut

cellunt in situ et ideo est ordo universalis sic ut potentiora et superiora influant in inferiora et minus postea ordo universalis operatur ut luminaria celestia influant in inferiora et minus post ordinem universalis operatur ut luminaria celestia influant in elementa et corpora elementaria. ¶ Et ordo hoc requirit quia sicut in motu locali necesse est ad unum movens immobile et in motu alterationis et qualitatis necesse est venire ad unum alterans non alterabile secundum easdem qualitates et ideo cum elementa et ex elementis mixta sint per qualitates alterata et alterabilia recte disposuit divina sapientia corpora celestia in quantum luminaria que inferiora alterarent sua influentia secundum qualitates [illegible] et quantum aliis qualitatibus materie contraria caverent. Res vero quod diversa imprimunt a quibusdam sunt per diversitatem quantitatum sicut dicitur in libro de [illegible] orbis [illegible] dicunt secundum quandam opinionem quod luminaria celi qualitates [illegible] sed non [illegible] eas [illegible] unitate cum aliis elementaribus [illegible] stellas agere possunt in hec inferiora sed ad invicem pati non possunt. Sed ista ratio non valet [illegible] esse equivoce effectus corporum nec concordare quibusdam elementaribus. ¶ Et ideo meliores sunt [illegible] ex parte diversitatis virtutum quia [illegible] conditor mundi corpora celestia incorruptibilia posuit ad regulandum et regendum [illegible] que sunt diversa et multiplicia dedit eis virtutes [illegible] et quia diversa luminaria [illegible] habent ad diversa elementa et ad diversa corpora mundana [illegible] quia luna ex virtute sibi indita et adiutorio universalis [illegible] habet humorem ideo per suam influentiam humiditatem augmentat et ad eius presentiam excrescunt maria et quia excrescunt et effluunt ad absentiam vero [illegible] colligunt et refluunt sicut dictum est et in aliis luminaribus. Concedendum est ergo rationes ostendentes quod luminaria in hiis inferioribus habent diversas impressiones. ¶ Ad id vero quod obicitur quod nulla habent impressionem quia sunt signa tantum dicendum quod scriptura non dicit quod sint tantum in signationem quia et sunt in signationem et sunt in efficaciam magis tamen exprimit quia sunt signa quam quod sint cause pro eo quod non causant sufficienter sed causant necessario et ideo magis attribuit eis rationem signorum et per hoc patet solutio ad id damiani cum dicit quod non sunt causa in hiis inferioribus non vult negare quin habent influentiam sed hoc hoc vult dicere quod nec sint primo inferiorum sufficientia nec sunt necessaria [illegible] non causent [illegible] que per [illegible] indigent adiuvari et possunt impediri. ¶ Ad id quod obicitur ratio aut imprimunt quod habent aut quod non habent dicendum quod per infinitam virtutem suam quam habent et per illam generant et augmentant formam et speciem quam non habent et cum dicitur quod non dat formam quam non habet dicendum quod habet dicitur duobus modis: virtualiter vel formaliter et ad hoc quod imprimat ad aliquid sufficit quod habeat virtualiter non oportet quod habeat formaliter sicut movens immobile dat motum quamvis ipsum non moveatur sicut dictum est in prologo. Per quam ponunt corpora celestia imprimendo in hec inferiora et diversas qualitates agitare hoc non est intelligendum quod eis dent ex se sed quod educunt id quod est in potentia in actum. Preterea non est intelligendum quod dent per se solum sed adiuvando virtutem inferiorum hoc autem faciunt cum per virtutem [illegible] [illegible] tamen in [illegible] potentias qualitatum quas agunt in hec inferiora non ut producant sibi similia sed ut influendo sciunt regant et intendant virtutes inferiorum qualitates et [illegible].

¶ Ad id quod obicitur quod omnium sit calefacere etcetera dicendum quod motus et lumen non est sufficientia caloris sed motus cum velocitate et lumen cum radiorum multiplicatione et hec quia non concurrunt in omnibus luminaribus ideo non possunt omnia calefacere. ¶ Possumus et ad hoc reddi aliam rationem quia hoc non tantum facit motus et luminositas sed et ad hoc facit [illegible]

Utrum diversa luminaria habeant diversas impressiones

propria forma quia stella vel planeta calefaciens aspectum habet scilicet naturam igneam patet. Ad primum quod obicitur quod sol magis calefacere videtur virtute sua unde quia aliquando actionum est in propria dispositione et forma. Ad secundum quod obicitur quod recipit est virtute recipientis per modum recipientis non recepti. Cum igitur hec inferiora sint susceptibilia virtutis per se et caloris, hinc est quod sol non tantum ea illuminat sed et inflammat, quia ubi luna nata est illuminari sed non est nata calefieri. Hinc est quod a sole lumen recipit et refundit, calorem vero non recipit nec refundit. Ad secundum quod obicitur quod non ignis per se competit esse celestibus, dicendum quod de luminaribus celestibus est loqui dupliciter: quantum ad substantiam et quantum ad virtutes. Et quantum ad hanc viam est dicendum quod vel magis conformiter igni quam celo aliquid est. Et alio modo loqui quantum ad virtutes sibi speciales datas, et sic quod deputantur ad regimen inferiorum. Et quia non tantum videtur regere ignem sed etiam alia corpora, hinc est quod est quod et sua virtute elementaria aliquis ex eis magis quam ignis aspiciunt etiam alia. Et quia omnis actio attenditur secundum aspectum virtutis agentis ad patiens, sicut dicunt medici et astronomi, hinc est quod quedam luminaria magis ignem in effectu conveniant, quedam vero discordant, diversimode aspiciunt etiam talia aspectus ante ipsorum de natura aliorum est sed etc.

Tertio queritur utrum ex impressionibus morum luminarium causetur in hominibus diversitas morum. Et quod sic videtur: Boetius in libro de consolatione: fatum est in rebus mobilibus inherens dispositio per quam providentia suis quibusque nectit ordinibus. Sed Augustinus in v de civitate Dei dicit quod fatum est vis positionis siderum que existente quando quis concipitur vel nascitur cognoscatur. Cum fatum sit ex prima auctoritate habetur quod fatum inest. Ex secunda habetur quod fatum est vis stellarum. Ergo si totum regimen vite consistit in fato sicut dicit Boetius, et fatum est vis sydereum sicut dicit Augustinus, totum regimen vite et diversitas morum pendebit ex virtute sydereum. Item philosophus in libro de proprietatibus elementorum dicit quod regna vacua facta sunt et terre depopulate apud coniunctionem duarum magnarum stellarum scilicet Iovis et Saturni. Sed hoc non esset nisi bella et vites hominum ex astris penderent. Ergo etc. Item hoc ipsum videtur per sacram scripturam Mathei ii: magi cognoverunt ortum regis per apparitionem stelle. Et Iohannis ii dicit Dominus: nondum venit hora mea. Et Iohannis viii: Nemo apprehendit eum quia nondum venerat hora eius. Sed si homo Christus natus fuit sub constellatione et hora temporis expectavit in sua passione, videtur quod multo fortius alii homines regi et gubernari habent et disponi secundum stellarum virtutem. Item hoc ipsum videtur sensibili experientia in moribus et in regimine, ut dicunt astronomi: apparet stella cometa et astronomi et mathematici de multis regulis secundum astrologie iudicium multa predixerunt vera. Hoc autem non esset nisi mores et effectus hominum disponerentur secundum virtutem stellarum. Ergo etc. Item hoc ipsum videtur etiam ad universitatis ordinem spectat et ad perfectionem regiminis ut nichil casu fiat vel absque providentia. Ergo si deus regit ignobiliora per nobiliora et inferiora per superiora et corruptibilia per incorruptibilia, videtur quod in hiis inferioribus fiat quod a stellarum virtute et influentia non procedat. Et si hoc, ergo verum est quod diversitas morum causatur a diversitate constellationum. Contra Deuteronomium iiii: solem et lunam et omnia astra celi creavit deus in ministerio cunctis gentibus que sub celo sunt. Sed quod est captum in ministerio hominis non preordinat ei necessitate et virtute. Astra vero non creata sunt in dominium non in ministerium. Si igitur astra celi sunt creata in ministerium, ergo ex eis non pendebunt principaliter mores hominum. Item hoc videtur auctoritate ipsius Ptolomei maximi astronomi qui dicit quod sapiens homo dominabitur

¶ Item philosophus in libro tertio de anima dicit quod intellectus est incorruptibilis et impassibilis, sed omne quod habet materiam habet potentiam passivam, ergo substantia intellectiva non habet materiam. ¶ Item magister [illegible] substantia anime [illegible] causat deus non de materia aliqua corporali vel spirituali sed de nichilo. ¶ Item hoc ipsum videtur: substantia intellectiva nichil cognoscit nisi abstrahatur a materia, sed in actu cognoscendi recipit actus cognoscentis ad cognoscibile et econverso; ergo si ad hoc quod intelligatur necesse est quod abstrahatur a materia, ad hoc quod aliqua substantia intelligat necesse est quod sit penitus a materia separata; sed anima est huiusmodi, ergo etc. ¶ Item quanto forma nobilior tanto simplicior, sed anima inter omnes formas est nobilissima, ergo simplicissima, sed a forma non componitur ex materia et forma, ergo multo fortius nec rationalis anima. ¶ Item quod habet materiam et formam ut prius constitutivalia et hoc ad hoc est completum vel aliud quod est illud ad hoc completum inest necesse ad constitutionem tertii, sed anima rationalis venit ad constitutionem tertii, et hoc ex anima et corpore fit unum per essentiam; ergo anima non est hoc aliquid, ergo est vel materia vel forma pura, non materia, ergo forma. ¶ Sed contra in tertio de anima dicit philosophus quod sicut in omni natura est materia et efficiens, sic in anima est intellectus quo est omnia fieri et intellectus quo est omnia facere, sed potentia passiva est a materia et hoc est in anima, probatur etc. ¶ Item [illegible] phisicorum dicit philosophus quod sicut materia est substantia formarum [illegible] ita compositum est substantia accidentium; sed anima rationalis est substantia sensuum et virtutum et sic considerata, ergo composita est ex materia et forma. ¶ Item philosophus in vii methaphysice arguit contra ponentes [illegible] non facit nisi [illegible] materiam, ergo si deus facit animam que est aliquid [illegible] necesse est quod materia vel sit in deo vel sit in anima, sed non est in deo, ergo est in anima. ¶ Item hoc ipsum videtur ratione: omnis creatura debetur propria operatio, habet autem duo diversa, scilicet quod agit et quo agit, sed anima sic considerata debetur propria operatio, ergo videtur quod non solum sit forma, quia si pure forma esset non ageret se ipsa, ergo habet ad esse materiam. ¶ Item omne illud quod est sine mutationem est susceptibile contrariorum, sed hoc [illegible] et substantia per se existens singulare, et omne tale compositum est ex materia et forma, sed anima est susceptiva mutationem, est susceptiva gaudii et tristitie, ergo anima rationalis composita est ex materia et forma. ¶ Item anima rationalis non solum vitam prebet corpori sed in ipsa vivit; aut igitur est sua vita aut non; si sic, ergo non differt a deo [illegible] vivens et vita; sicut est sua vita non vivit per participationem sed per essentiam, quod [illegible] duo sunt quod vocatur [illegible], quod ponitur in anima sic considerata ad quod det vitam et quod ab recipiat; et si hoc, ergo est composita ex materia et forma. Ad hoc possit adduci rationes que adducte sunt supra ad ostendendum angelum esse compositum ex materia et forma. ¶ Respondeo: ad predictorum intellectum est notandum quod circa hoc diversi diversa opinati sunt; quidam enim dixerunt nullam animam nec rationalem nec brutalem habere materiam, quia spiritus sunt simpliciter, animam tamen rationalem dixerunt habere compositionem ex quo est et quod est, quia ipsa est hoc aliquid et nata est per se et in se subsistere. Sed est planum, sicut anima rationalis possit pati et agere et mutari ab una proprietate in aliam et in se ipsa subsistere, non videtur quod id sufficiat dicere quod in ea sit tantum compositio ex quo est et quod est, nisi addatur etiam in ea compositio materie et forme; ideo fuerunt et alii qui dixerunt non solum animam rationalem et brutalem ex materia et forma compositam esse, cum utraque sit motor corporis sufficiens.

¶ Sed quia anima brutalis propriam operationem non habet nec est nata per se subsistere, non videtur quod habeat materiam [illegible]; et ideo est huiusmodi dicendum, tenens medium inter istam, quod anima rationalis cum sit hoc aliquid et per se nata subsistere et agere et pati et moveri, quod habet in se fundamentum existens et principium [illegible] quo habet existere et stabile aliquid habet esse; de brutali autem non, quia ipsa [illegible]

Utrum anima adeo fuit producta ex materia

retur in corpore. ¶ Cum igitur primum a quo est tota existentia creature necesse sit primum ... concedendum est animam humanam materiam habere. Illa autem non sibi negata est esse subiectum extensionis et subiectum esse privationis et corruptionis. Et ideo dicitur spiritualis. Et propterea illi qui locuti sunt de tali principio quantum ad esse extensionis secundum quod habet esse sub privatione dixerunt animam rationalem non habere materiam, non attendentes de materia in sua generalitate, secundum quod ad eam stat resolutio philosophica sicut dictum est de simplicitate angeli. Unde concedende sunt rationes hoc ostendentes. ¶ Ad primum quod obicitur quod omnis forma est simplex, dicendum quod auctor ille diffinit formam vocatam de forma illa que est forma tantum, non de ea que est forma hoc aliquid. Vel diffinit formam communem vel diffinit formam naturalem. ¶ Ad aliud quod obicitur quod intellectus est impassibilis et immixtus, dicendum quod philosophus removet ab intellectu materiam secundum quod consideratur sub privatione et subiecto ad transmutationem; et esse removet non materiam ... immo ponit, et dicit quod intellectus est ... quo est facere, quo est fieri. ¶ Ad aliud quod dicitur magis in littera, dicendum quod magister non vult dicere quod omnia non habent materiam, sed non habent materiam privationi subiectam. ... autem ... quod anima non est producta nec producitur ex materia et cetera. ¶ Ad aliud quod obicitur quod ... anima intellectiva nichil cognoscat nisi quod abstrahatur a materia, dicendum quod hoc non facit propter hoc quod ipsa sit composita in materia, sed propter hoc quod res non potest ei uniri secundum veritatem corporis quod unitur, set similitudo; quod anima abstrahit a re alia est ... quod intellectus possibilis quo intelligit ... in actu intelligibile; intellectus autem quo facit res esse in actu speciem est et forma. Ideo anima non cognoscit rem nisi speciem eius et formam sibi imprimat; et hoc non potest esse nisi illa abstrahatur a materia. Non ex hoc sequitur quod anima careat materia ... abstracta a materia ... potest fieri in alia ... sicut ... colores in speculo. ¶ Ad illud quod obicitur quod quanto forma nobilior tanto simplicior est, dicendum quod illud habet locum in hiis que sunt pure forme; anima autem non tantum est forma, immo est hoc aliquid. Ideo si comparetur forma anime ad alias formas, absque dubio simplicior est quam alie forme. Ipsa autem anima cum sit rationalis et sit per se existens aliquid compositionem habet, quam alie forme que sunt nate per se habere ... sunt nate per se existere. Ideo tamen ipsa anima simplicior et simplicior aliis formis dicitur propter ... multiplex genus simplicitatis ... multiplex est genus compositionis et partium ... partes quantitative et compositio ex partibus ... et compositio ex partibus ... et sic simpliciter dicitur dupliciter: aut quod caret partibus constitutivis aut quod caret partibus quantitativis. Anima non sit aliis formis simplicior quantum ad partes constitutivas, quia tales partes habet; spectat ad complementum et perfectionem. Hec ... facit eam esse per se simplicior tamen est quantum ad privationem partium quantitativarum. Ipsa enim sic habet extensionem per se, nec habet extensionem per accidens quantum ad illam, nec quantum ad propriam actum; alie autem forme per accidens possunt habere extensionem.

Vel secundum id quod ... vel secundum id quod operantur, et ideo quantum ad hoc anima et maxime rationalis est forma nobilior. ¶ Ad id quod obicitur quod compositum ex materia est eius complementum et ideo non convenit ad constitutionem ... dicendum quod hoc non est verum generaliter, sed tantum quando materia habet omnem appetitum forme et forma omnem appetitum materie. Tunc enim appetitus ad ... et ... possibilitas ad compositionem quam perexigit ... appetitum et inclinationem. Sed anima rationalis compositionem habet ex materia et forma, appetitum tamen habet ad perfectionem perfectiorem corporalem ... sic corporis organici ... cum ex forma et materia composita ... tamen habet appetitum ad ...

Tertio queritur utrum anima Ade producta fuit ante corpus vel postea, et quod ante videtur quod per ... Sataam

... tamen. Genesis: "Et fecit deus ... ad ymaginem et cetera", sed dictum est ... die; sed post ... diem ... formavit deus hominem de limo terre. Quia ergo formatio refertur ad animam et ad corpus, prius fuit facta anima quam corpus. ¶ Item hoc videtur rationi. Sicut homo ex parte corporis communicat cum aliis brutis, ita ex parte anime communicat cum angelis. Quia ergo sicut corpus hominis productum est eodem die cum aliis brutis, sic ex parte eius rationalis debuit produci eodem die cum angelis et cetera. ¶ Item anima Ade se habet ad corpus eius tamquam ad temporale, et sic eternum ad temporale; sed eternum est prius tempore et eternum prius temporali; ergo prius videtur debuisse produci anima Ade quam corpus cui debebat uniri. ¶ Item substantia spiritualis a corpore non dependet quantum ad esse; non dependet quantum ad productionem. Sed spiritus rationalis Ade ab eius corpore non dependebat quantum ad esse; ergo nec quantum ad productionem. Corpus autem a spiritu dependebat, quia sine illo permanere non poterat; ergo sicut absolutum est ante dependens, prius debuit produci anima quam corpus. ¶ Item maior est distantia inter spirituale et corporale quam sit inter corpora miscibilia; sed miscibilia corpora prius producta sunt separata quam sint ad invicem mixta ad constitutionem ... Ergo anima prius debuit produci quam corpori uniri, ergo non est creata in corpore sed extra. ¶ Item tanto aliquid prius debet produci quanto magis debet appropinquare primario rerum origini; sed anima plus appropinquat ad deum qui est primum omnium quam corpus humanum, et sit ei similior in simplicitate et spiritualitate; ergo et cetera. Contra Genesis ii: "Formavit deus hominem de limo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite", quod exponitur: id est spiritum fecit, et spiraculum vite spirare nichil aliud est quam hominis creare. Ergo si prius creavit corpus quam spiraculum inspiravit, prius igitur produxit corpus quam animam. ¶ Item anima non est forma sed actus forme; aut simul producitur cum materia aut secundum illam; igitur aut anima non est forma naturalis, aut sicut forma vel producta est post corpus vel simul est corpore, non quam ante. ¶ Item quanto forma nobilior est tanto ultimior; sed anima inter nobilissima est inter omnes formas naturales, ergo ultima; ergo produci debuit post vegetabilem et sensibilem. ¶ Item ordinata productio procedit ab imperfecto ad perfectum; sed perfectio omnium operum factorum est in homine et maxime quantum ad animam; videtur quod homo quantum ad animam produci debuit ultimo post omnia. ¶ Item si omnia producta essent ante corpus et haberet usum ... nichil esset impediens quin retardans. Ergo videtur quod ante unionem ad corpus ... anima debet remunerari in corpore, quod si hoc falsum est, planum est animam Ade ante corpus eius non fuisse productam. ¶ Item si anima Ade ante corpus esset producta aut appetivisset uniri corpori aut non. Si non, ergo unio eius ad corpus non esset naturalis, ergo unio eius ad corpus fieret per violentiam. Si sic, appetebat igitur corpus quod non habebat; ergo cum corpus debebat ipsa in appetendo affligebatur; ergo pena erat ei ante culpam. ¶ Respondeo dicendum quod quamvis ista questio videatur dubitasse egregius doctor Augustinus, quia utraque pars posse videtur sustineri probabiliter, et ordo congruus suavi ... utrique tenendus est, tamen tamquam verius et magis congruum quod anima Ade producta fuit in corpore. Et licet deus eam produxit ante corpus ... ratione ... at ... posse dicitur quod deus animam ante corpus eius produxit ut ostenderetur eam a corpore non dependere, sed per se posse subsistere, ut ... hac parte ostendet ... et ... angelica ... in rationis capacitate per quam est anima ymago ... in vicinitudine ad quam anima et angelus habent ordinari loge. Tamen rationabilius videtur ponere quod anima producta sit statim cum corpore. Et quia anima unitur corpori ut perfectio naturalis et naturaliter appetit copulari adeo ut sine illo pena sit ei esse et ab illo se ... cum ... unitur sicut mortem ... ita quod sine ipso non potest ... vel ... ideo non debuit ante corpus produci.

Vel ... anima Ade producta fuerit ante corpus ... ipsa.

ne am culpam puniret et ne absque corpore maneret vel deneretur hunc autem ponimus non tantum concordat immo et scripture suffragatur auctoritas que dicit quod producere et formare hominis deum sibi vite spiritum inspirasse. hunc igitur partem tanquam probabiliorem et securiorem adherendo concedere possumus rationes hanc partem astruentes. Ad primum in quod obicitur per ingressum de textu dicendum quod aliquem eorum est dicendum per recapitulationem vel primum est dicendum participationem. melius tamen est dicere quod scriptura recapitulat ut addat.

Ad primum quod obicitur quod corpus simul productum est cum brutis ergo et cetera. dicendum quod non est simile. productio enim corporis sic concordat productioni brutorum animalium ut productio rationalis spiritus non discordet. immo potius morum inspectione sua dignitate consonat productio non spiritus sic concordat productioni angelorum ut nunc concordet productio corporum humanorum que quidem spectant ad terre ornatum cuius ornatus productio spectat ad diem sextum. Ad secundum quod obicitur de comparatione eiusdem ad temporale dicendum quod et si sua eiusdem ex parte per se plus extendat quam temporale in parte que tam sive sit non tamen quod a parte ante maxime si sit talis quod sui productione appetitum rei temporalis habeat clare et sic fuit in anima ade. Et preterea et si ullo possit esse unum de eiusdem quod pure habet rationem eiusdem quod est temporale. anima enim rationalis et si in quantum spiritus et eius per se habet rationem eiusdem in quantum tamen informat corpus transmutabile habet tempus mensurari. Ad secundum quod obicitur quod anima non dependet a corpore quantum ad esse dicendum quod et si non dependebat a corpore tanquam indigens eo ad sui conservationem dependet tamen per appetitum suum inclinationem quam habet ad ipsum sic fortem ad ipsum separatam et ideo sic forte producitur in ea sic anima ade produci debuit ipso. Ad primum quod obicitur de corporibus misceatis dicendum quod non est simile quia eorum que miscentur non dependet ad invicem et unum potest sine esse completum sine alio. non sic autem est de anima et eius corpore quia utrumque ab alio dependet. Ad primum quod obicitur quod anima origini plus magis appropriatur dicendum quod est deus sit alpha et o principium et finis et rationalis creatura in utraque similitudine sit ei propinquior propter tamen loquendo angelica tamen plus ei appropinquat in ratione principii et humana plus in ratione finis. Quod item omnes creaturas prior omni creatura est sapientia sive creatura angelica et dignitate et origine et postea omnia producta anima humana tanquam finis omnium et consummatio et ideo quamvis multum approximet deo in genere rationis originis non minus tamen approximat deo in quantum habet rationem finis. et ideo convenientius fuit eam produci postea quam prius. hec dicta sunt de anima ade. nam de aliis animabus item suo loco queretur.

Consequenter queritur de productione corporis hominis

ex parte corporis et circa hoc queruntur tria. Primo que materia corpus primi hominis produci debuit pure de natura celesti.

Secundo que materia productum fuit de natura elementari.

Tercia que materia conditum fuit in complexione equali et temperata.

Circa primum sic proceditur et ostenditur quod corpus ade produci debuit de natura celesti sic. nobilissimo forme debetur dari nobilissima materia. sed nobilissima inter omnes formas est anima rationalis innocens et absque peccato qualis fuit anima ade nobilissima inter materias corporales est natura celestis. Item motoris ad mobile debet esse proportio. sed anima rationalis est motor in corpore incorruptibili ergo debuit ei dari corpus incorruptibile in passibile. Item finis importat necessitatem eius quod sunt ad finem. sed rationis adam factus est ad percipiendum beatitudinem. locus autem beatitudinis spiritualis est ipse deus. corporalis vero celum empyreum. ergo sic spiritus ade non requiescit nisi in deo celo. hoc autem est corpus de natura celesti. ergo et cetera.

Item spiritus rationalis prius absque culpa conditus fuit maxime erat potens et ydoneus ad agendum perfectus erat cognitionis intellectus et ydoneus ad cognoscendum. lux autem erat non et veritatis et ideo facilius ad tendendum in suum optimum. ergo debuit ei dari corpus quod maxime competit agere et ad cognitionem disponere et quod nunc habet veritatem tamen hoc autem est lux et natura celestis. ergo corpus ade pure produci debuit de celesti corpore. Sed contra anima rationalis quantum est anima sic ergo corpus debet proportionari anime corpus cuius debet huic est communibus convenientiam. sed hoc non haberet nisi esset pure de natura celesti et non contrarietate elementis. ergo et cetera. Item anima rationalis quamvis sit simplex in essentia tamen est multiplex in effectu. ergo si corpus ei debet correspondere. necesse est quod corpus eius habeat varietatem in partium compositione et organorum et hoc non haberet si esset corpus pure celeste. ergo et cetera. Item vegetabilis et sensibilis dispositur ad rationalem et magis ad ipsam appropinquat quam in aliis corporis. in aliis corporis unitur rationalis potentia absque vegetabili et sensibili nullum igitur corpus est habile ad actum vite rationalis nisi prius fuerit habile ad actum vite vegetabilis autem est corpus cibabile. et hoc non potest esse corpus pure celeste. ergo et cetera. Item corpus celeste simplici debetur unus motus tamen sive ullo corpus sit celeste sive elementare corpus autem quod motu ab anima debetur motus omnibus dimensionibus eiusdem anima sit motor sufficientius. ergo corpus ade non potuit esse omnino de natura corporis simplicis. ergo nec pure de natura celesti sicut firmiter textus. Genesis que dicitur eum formatum de limo terre. non debuit pure de natura celesti formari immo de natura elementari. hoc exigente ordine universi contingentia quod in omnibus suis operibus consonat sapientia divina requirebat. enim hoc ordo hominis sive in se sive ad creaturam inferiorem sive ad creaturam superiorem sive ad deum finem. Ordo ipsius hominis in se ipso hoc requirebat quia enim homo conditus fuit ut natura multa cognosceret non solum cognitione intellectiva sed et sensitiva. ideo debuit ei dari corpus multiformis ut diversa organa diversa sensuum deserviret ad diversa obiecta cognoscenda quia enim conditus fuit in vita ut potens universum innuisti et mori per culpam dari debuit corpus quod non tamen esset habile ad vivendum sed et quod possit fieri habile ad corrumpendum sive ad moriendum et ita ordo huius ipsius in se requirebat ut corpus daretur homini multiformis et ad corruptionem corruptibile potius et ideo non celeste sed elementare. Ordo in hominis ad creaturam inferiorem hoc requirebat. quia enim corporales in inferiores facte sunt ut deservirent creature rationali sicut superiores stantes sunt facte sunt et immediate illa quamvis perducantur in finem hinc est quod debuit fieri rationalis creatura talis composita quod obsequium inferiorum creaturarum esset ei utile et quod mediante illa creatura inferiores quodammodo producerent ad beatitudinem et ideo ut inferiores possent homini deservire et in hoc quamvis gustum debuit homo non ex natura superiorum corporum quam ex natura elementorum constitui. Ordo in ad creaturam superiorem vel ad angelum hoc requirebat sic. enim facta est una rationalis creatura prope deum et in loco supremo ut in empyreo sic debuit fieri alia rationalis creatura in loco infimo scilicet terra. et ideo corpus eius constitui debuit ex natura talium inferiorum contentum et ideo magis ex natura elementari quam celesti. Ordo in ad finem hoc requirebat. debebat enim homo sublimari ut prius ille superiores ascenderet unde angelus ceciderat per sublimationem elationis et ideo debuit sibi dari corpus constitutum de natura inferiori ut se ipsum pulverem reputans deo per omnia subderetur.

Marginalia (later hands): Pa — ‖ assumat — ‖ Fica — ‖ non sunt corpus spiritus de eo quod sit habitum rationem eiusdem in corporalis — ‖ corpore — ‖ Sapientia creatura angelica prior omni creatura — ‖ infra — ‖ Fo — ‖ Ro

Utrum corpus primi hominis produci debuit de natura celesti

iacent. unde et scriptura maluit eum dicere de limo terre productum. ut ex hoc homo proficeret ut ascenderet per humilitatem. et ideo concedende sunt rationes que ad hoc sunt inducte. Ad primum vero quod obicitur ad contrarium de nobilitate forme. dicendum quod nobilitas forme venit ex ordinatione ad formam quam quia corpus magis erat ordinabile ad animam quando erat constitutum ex elementari quam si corpus quod esset pure celeste. hinc est quod si illud sit nobilius tamen in relatione ad formam corpus ex diversis elementis compositum magis est nobile. Ad aliud quod obicitur quod motoris ad mobile debet esse proportio. dicendum quod cum sua anima sit immortalis ... morte vel quam tamen erant sunt mori potuit ... culpe. et quia corpus datum est ei non solum ad vivificandum sed etiam ad merendum. ideo non solum debuit dare corpus aptum ei immortalitati sed etiam aptum ei ... ideo non solum ... ad ... sed in potentia ad mortalitatem.

Ad aliud quod obicitur quod homo factus est propter beatitudinem perpetuam. dicendum quod et si factus propter beatitudinem ita tamen ut perveniret per merita et varia opera. et in principio esset viator quam comprehensor. et quia prius oportuit eum transire per viam quam perveniret ad patriam. ideo in prima sui conditione debuit ei dari corpus conveniens statui vie. et quia locus sibi deputatus ad merendum erat locus inferior scilicet paradisus terrestris. inde est quod competebat corpus suum de elementis terrestribus assumi non pure de celesti. est autem assumetur in gloria tunc corporis eius dispositio erit renovata sicut patet in quarto ubi agitur de dotibus corporum glorificatorum. Ad aliud quod obicitur quod anima illa erat potens ad agendum et cognoscendum et excedendum in dominio. dicendum quod et si erat potens ad actum tamen in perfecte poterat. erat quia non esset potens ad defectum. et ideo non sequitur quod debebat sibi ad hoc complenda dari corpus celeste quod est incorruptibile sed magis elementare quod ex bona dispositione et complexione esset ydoneum ad agendum et nisi si homo peccaret esset potens ad patiendum.

Secundo queritur utrum corpus Ade cum corpus humanum constitutum fuit de natura pure elementari. an simul cum natura elementari ad eius constitutionem concurreret natura celestis. et quod simul cum elementari concurrat natura celestis ad corporis humani constitutionem videtur per Augustinum super Genesim ad litteram. qui dicit quod anima mediante luce corpus vivificat et ... est sua auctoritate. si ergo corpus humanum sit conditum est ut natum esset ab anima vivificari videtur quod ad eius constitutionem concurreret natura lucis. et hec est natura celestis. ergo et cetera. Item philosophus in xvi de animalibus dicit quod in nobis est calor igneus et calor celestis. qui idem est calor vitalis. sed non est actuus sine illa. ergo de constitutione corporis nostri est celestis natura. Item in potentia est convenire ad conformitatem et unitatem nisi per unum quod sit elevatum a contrarietate quia si uterque haberet contrarietatem potius discordiam faceret quam conciliaret. si ergo natura corporis a contrarietate elevata est natura vel natura celestis in corpore viventium ... est contraria elementa conciliari magis videtur igitur quod de constitutione corporis hominis fuit et celestis. Item omne corpus mediante anima rationali ad animam habet beatificari. sed non pertingunt ad beatitudinem mediante anima nisi que ei uniuntur. nulla tamen corpora ei coniunguntur nisi que sunt de constitutione corporis sui. videtur igitur quod corpus hominis non tantum constitutum sit de natura elementari tantum sed de natura celesti. Item cum organo ... dicatur ad corpus simplicissimum sicut dicit Augustinus super Genesim ad litteram. et igitur v. sunt in homine. videtur quod v. corpora sunt de eius constitutione. ergo non solum elementaris sed et celestis. Item ordo est in ascendendo et descendendo quod ab infimo perveniatur ad supremum per medium. et constat quod substantia spiritualis maxima distantia distat a natura corporea opaca et minus a natura perspicua et adhuc minus a natura luminosa. que est natura celestis ergo videtur quod nec corpus anime nec anima corpori uniri debeat nisi natura celestis mediante interveniente. videtur igitur quod corpus hominis non tantum de elementari. sed etiam de celesti natura constitutum fuit.

Contra. ex nullis corporibus constituitur corpus mixtum nisi que possint ad invicem agere et pati. sed agere sola contraria sunt contrarietate. et igitur natura quinti corporis talis sit quod non habeat contrarietatem. non videtur quod veniat ad constitutionem corporis mixti ergo nec ad constitutionem corporis hominis. Item natura veniens ad constitutionem mixti natura corporis quod est miscibile. miscibile autem non est nisi corpus rarefactibile et condensabile. et omne tale est corruptibile. natura autem quinti corporis est incorruptibilis. ergo non potuit venire ad constitutionem humani corporis. Item corpus humanum secundum se totum est passibile. ergo secundum se totum est generale et corruptibile per naturam. sed natura quinti corporis non recipit generationem vel corruptionem. ergo non videtur esse de constitutione humani corporis. Item si est de constitutione quero unde sumpta sit illa natura. aut videlicet de celo. aut de terra. Si de celo. ergo videtur de ipso celo fiat aliquid parvum sequestratio est generatio. Si de terra. sed constat natura non est de terra quod non sit natum de ipsa produci natura quinti corporis non est nata produci de natura alicuius elementi. ergo nec de celo nec de terra potest sumi illa natura. ergo non est de constitutione corporis humani. Si tu dicas quod de celo venit per radiorum immissionem hoc non videtur conveniens quia impossibile est per radium separari a sua origine impossibile est quod veniat ad actius constitutionem et lumen in medio sit per modum speciei et ydoli quod nullo modo veniunt ad constitutionem alicuius rei. Item si natura quinti corporis venit ad constitutionem corporis hominis cum quod fiat de ea cum corpus humanum resolvitur aut videlicet tendit sursum. aut in terra natura manet deorsum. aut corrumpitur ad elementum. sed in ad elementum non potest cedere cum sit per naturam incorruptibilis deorsum in terra natura non convenit sibi manere extra eius locum. amplius sit esse in centro non tendens sed sursum tendit. ergo videtur spacium orbium celestium aliquando ampliari aut condensari. quod si tu dicas quod cedit ad constitutionem alterius corporis. vel hoc est corrumpi. est ergo ex corpore hominis generentur vermes et bufones et serpentes patet natura quinti corporis esse de constitutione vermium sicut de constitutione hominum. Item quero ratione cuius natura quinti corporis veniat ad constitutionem humani corporis. aut videlicet ratione mixtionis. aut ratione animationis. aut ratione sensus aut ratione intellectus. Si ratione mixtionis quod tunc esset de compositione elementorum mixti. Si ratione animationis tunc esset de natura elementorum plante. sed ratione sensibilitatis tunc esset de natura elementorum aliorum brutorum. Si ergo venit hoc est ratione intellectus solum. sed constat intellectus nullius partis corporis est actus. ergo quintum est ... non magis exigit corpus suum compositionem de natura celesti quam de elementari.

Respondeo. ad predictorum intellectum est notandum quod circa hoc triplex modus dicendi. Quidam enim dicere voluerunt quod natura celestis venit ad constitutionem humani corporis sed etiam per eo quod natura celestis non est aliqua que natura ignis. et ideo cum concedere ignem ad constitutionem humani corporis venire dixerunt corpus humanum ex natura celesti constitutum esse. Hic autem natura ignis et si pure amicus esset miscetur habet agere et pati et corrumpi et generari. et propter hoc pure est hic mixtus pure tamen est in spera sua contra mutabilitatem et quietate hec suscipit corruptiones vel peregrinas impressiones. et ista sua positio per verba auctoritatis ... qui negant esse quintum corpus preter iiii corpora mundi. sed hoc potius in ... philosophice et contra aperte repugnat. quia preter iiii corpora mundi

utrum corpus Ade constitutum fuit de natura elementari

ponit centrum spiritualis supra omnem contrarietatem elevatum, quod valde notabile est, sicut ostensum fuit supra d. xiiii. Nec huic repugnat Philosophus si recte intelligatur, sicut ibi expositum est. Et ideo aliter voluerunt alii dicere, quod natura caelestis venit ad constitutionem humani corporis non secundum numerum essentiae, sed sicut medium ligans omnia elementa et illa concilians. Et haec dicunt exigere dignitatem complexionis humanae, propter quod corpus humanum inter alia prima conditione habuit elementa in optima contemperatione et idoneitate, ad hoc ut posset uniri continuatam in hereditatem in caelesti mansione. Et sic debuit habere naturam caelestem et claritatem de sui constitutione claritatem, propter statum in quo ingressus competebat ipsum habere passibilitatem corporis caelestis propter statum praesentem in quo competebat eum habere corpus clarum et impassibile. Et quemadmodum in statu innocentiae natura claritatis praedominatur, sic in statu praesenti est econverso.

Hoc autem etsi videatur satis probabile esse, dicendum tamen non modicam habet calumniam, quia aut intelligitur natura quintae essentiae, quae sit incorruptibilis et carens contrarietate, veniat ad commixtionem cum aliis elementis et verum sit venire, in virtute [illegible] et quid dicendum difficile est assignare. Et ideo est tertius modus dicendi, quod duplex est loqui de natura caelesti: aut pro proprietate aut pro forma. Proprie natura caelestis dicitur esse natura quintae essentiae, quae sic perfecta est sua forma ut nullo modo habeat appetitum ad aliam formam, sicut est actu quia nullam potest pati, et corruptibilis est, ut orbium et stellarum et firmamenti, et haec autem non venit ad constitutionem humani corporis secundum substantiam et virtutem. Et solum venit secundum virtutem, quia virtus stellarum et orbium influendo facit elementorum contemperationem quae venit ad humani corporis constitutionem secundum rerum durationem actio elementorum regimine et ductione habet ab influentia corporum superiorum.

Secundo modo dicitur natura caelestis pro conformitate, et sic large accipitur et notat naturam caelestis modi, quae est conformis caelo in subtilitate et claritate et quadam similitudine a contrarietate, et hoc modo species quaedam dicitur de constitutione corporis viventis et maxime hominis esse naturae caelestis propter subtilitatem et nobilitatem et propter quandam sublevationem habet a natura contrarietatis, dum consurgit ex commixtione elementorum in quadam harmonia et consonantia; et quanto in corpore huiusmodi dicitur, in parte habet maior est harmonia quam in aliquo corpore mixto. Hic est quod calor et spiritus et complexio magis conformantur naturae caelesti. Et hoc modo accipiendo naturam caelestem large, sicut per conformitatem, venit in constitutione corporis secundum varietatem magis quam secundum constitutionem corporis secundum virtutem, magis quam secundum constitutionem aliud alterius mixti propter huius complexionis aequalitatem et dignitatem secundum virtutem, tamen est spiritus quam calor, qui dicitur naturae caelestis, tam de natura claritatis, quia deperdunt et restaurantur. Et quod expresse philosophi dicunt, iuxta haec tria viam que probabilior et planior, patet responsio ad quaedam proposita, patet responsio ad obiecta. Nam rationes ostendentes quod natura quintae essentiae non venit ad constitutionem corporis humani loquuntur de natura caelesti proprie dicta, quae est incorruptibilis et inalterabilis et immutabilis, et ideo non est miscibilis ad constitutionem talium. Rationes vero ad oppositum inducte procedunt vel de natura caelesti dicta per conformitatem, sicut duae primae auctoritates, vel si concludant de natura quintae essentiae proprie dicta, non ostendunt quod veniat ad constitutionem corporis humani secundum substantiam, sed secundum virtutem, aliter non concludunt, sicut patet discurrendo per singulas. Nam ad primum quod primo obicitur de luce, dicendum quod est lux quintae essentiae et lux ignea et lux aquae, complexionis generata sive consurgens, et haec est illa lux quae facit corpus esse susceptibile vitae, et haec non nimiae. Ad illud quod obicitur de calore, dicendum quod calor caelestis non dicitur quia non sit in natura caelesti sicut in subiecto, quia illa natura calida est nec frigida, sed quia est a natura caelesti secundum debitam proportionem, ita quod facit ad conservationem, et talis calor in corpore humano est, ex hoc

non sequitur quod natura caelestis veniat ad constitutionem corporis humani secundum substantiam, sed solum quod influat.

Ad aliud quod obicitur de conservatione, iam patet responsio, quia non conservat veniens intra, sed sufficit ad conservandum influere extra.

Ad illud quod obicitur de beatificatione, dicendum quod corpus beatificatur dicitur in hoc, non pro natura, sed pro conformitate, et ideo ex hoc non sequitur quod de constitutione humani corporis sit natura caelestis secundum virtutem, sed sufficit quod sit secundum conformitatem ita quod ad eam conformiter respondeat in humano corpore.

Ad illud quod obicitur de quinque sensibus, sicut aqua tamen vere vapor dicitur in olfactu, fumus vero humorum dicitur in gustu, sicut ipse dicit iii. super Genesim.

Ad illud quod obicitur de origine, dicendum quod etsi natura caelestis sit excellentior in corpore simplicia, et se considerata, non tamen excellit in gradu in comparatione ad nobiliorem formam suscipiendam, sed huius est ordo quod forma elementi venit ante medium formae mixtionis et forma mixtionis disponit ad formam complexionis, et quia haec est in aequalitate et harmonia conformis naturae caelesti, ideo habilis est ad suscipiendum nobilissimam influentiam, scilicet vitae. Et sic in unione animae cum corpore vere servatur ordo. Magis tamen est dignitas humani corporis propter magnam harmoniam et proportionabilem coniunctionem suarum partium, ob quam in multa ratione conformis sit naturae caelesti in multa autem complexionis perficiat adeo in tantum ut sit conformis, sed ita ut supra naturam caelestem sit exaltatum et sit ut ei congruat potissime habitatio caeli empyrei.

Tertio quaeritur utrum corpus primi hominis constitutum fuerit ex elementis in complexione et contemperatione aequali. Et quod sic, videtur: quanto complexio et corpus magis accedit ad aequalitatem tanto nobilior est, et quanto nobilior est, tanto nobilior forma est susceptiva; sed complexio corporis primi hominis fuit susceptiva nobilissimae formae, prius etiam quam non erat depravata per culpam; ergo fuit complexio maxime nobilis, et si hoc, ergo maxime aequalis.

Item, tanto res complexionata est ad durandum habilior quanto est complexio aequalior, quia aequalitas naturalis est via incorruptibilitatis; sed corpus Adae habile est ad durandum in perpetuum, quantum ex parte sua constitutionis; ergo videtur quod in perfecta aequalitate complexionis et contemperantia fuit constitutum.

Item, ubi est inaequalitas complexionis, ibi necesse est pugna; ubi non pugna est, forma non sic potest gubernare materiam sicut esset ibi pax et tranquillitas; ubi autem hoc est, ibi est aliqua penalitas; sed nullam poenam perpessus est ante culpam; ergo etc.

Item, corpus Adae debuit fieri proportionatum animae, et ideo quia omnia anima fuit in immunis a morte, et corpus eius fuit immune a morte; ergo cum animae primi fuit aequalitas, et corpus fuit aequale in complexione; sed in anima primi hominis nulla erat obliquitas in intellectu in prima constitutione, immo perfecta et recta; ergo et in corpore erat aequalitas, sed concordia et amicitia perfecta.

Sed contra: vita est per calorem et humidum, et omnes operationes animae in corpore per calorem sicut dicunt medici; sed in corpore Adae anima habebat expeditas operationes; ergo magis erat ibi abundantia caloris quam praedominabatur calidum; et si hoc, ergo non erat perfecta aequalitas complexionis.

Item, si complexio hominis est deteriorata, tamen non est tota corrupta; sed nos videmus quod corpus primi animalis est calidissimum et excessivum; et quaedam sunt alia in quibus regnat phlegma et melancholia; ergo etiam tunc erat. Sed in corpore Adae erat praedominatio humorum, pari ratione et quorumvis elementorum; ergo non erat ibi perfecta aequalitas mixtionis.

Item, si esset mixtio secundum ordinem aequalitatis, ergo non esset levis neque gravis neque deorsum; ergo corpus illud esset indifferens ad gravitatem et levitatem, ergo et ad motum et ad quietem. Sed nec esset

utrum corpus primi hominis constitutum fuerit ex elementis in complexione et proportione aequali

naturam motum non quiesceret nec sursum nec deorsum esset. ergo non esset corpus mixtum. Item si corpus fuisset constitutum secundum omnimodam equalitatem tunc unum quantum ad elementa ageret tantum reliquum resisteret et ipsum repelleret. ergo unum virtutem suam et actionem in alterum non profundaret, et si hoc non esset alteratio nec transmutatio et per hoc nec mixtio. aut igitur corpus Ade non fuit mixtum aut si mixtum non in perfecta equalitate constitutum. Item si corpus Ade fuisset constitutum in perfecta equalitate, ergo ignis suum calorem in eo non consumeret. ergo alimento non indiguisset sed constans esset secundum eodem et maxime secundum animam quod alimento indiguit. ergo in equalitate musicalium corpus eius constitutum non fuit. Item est Adam peccante non fuit ei ablatum aliquid esse ex parte corporis. ergo si prius erat complexione equali, postea fuit similiter. ergo post peccatum nulla fuit in corpore eius pugna. ergo nec infirmitas nec mortalitas quod sibi est restat et cetera. Ad hoc dicendum sic distinguunt artes et medici duobus modis dicitur equalitas musicalium in mixto scilicet a pondere et a iustitia. equalitas a pondere ut dicunt [illegible] in re non equalitas a pondere [illegible] immo dicitur equalitas a pondere cum musicalia adequantur et quantum ad quantitatem molis et quantum ad quantitatem virtutis et hec duo sunt in compositione non solum mixto secundum rem sed in intellectu hic intellecto quod etiam quod plus habet de minimum habet de [illegible] et sic enim in pondere est quod una aurum esset argento in quantitate et valore, sic in pondere est quod etiam activa et passiva convenit ad invicem equalitate ponderosi in aliquo mixto. Alio modo pro dicitur equalitas a pondere secundum ad extremum musicalium et in quantitate molis solum et ad hunc est in proportione primum quia corpus ideo non esset durabile. etiam enim activa statim passiva consumerent sicut enim ad equivalentem in illa activa accederent in virtute ut possent esse consumptio quia mixtio [illegible] corpus non esset durabile. Item non esset leve nec grave cum motus gravis vel levis sequitur predominans quantum ad quantitatem molis et si non esset durabile nec leve nec grave non esset de [illegible] nec [illegible]. Item dicitur equalitas a pondere equalitas a quantitate virtutis et sic adhuc dicunt tale equalitatem non esse possibile quia non esset omnimoda equalitas [illegible] resisteret quantum virtus alterius ageret et sic non esset profundatio et confractio usque ad minima et per hoc non esset mixtio. Item si hoc non esset corpus [illegible] carent operatione caloris et frigoris et [illegible] elementa ergo fuisset esset ex diversis constitutum tale igitur corpus non est nec possibile quia repugnat in mixtis et est experientia [illegible] quia carent sibi debita operatione et sic [illegible] accipiatur equalitas a pondere non potest esse nec debuit in corpore Ade. et hoc satis apparet quia corpus Ade magis magis esset grave quam leve magis ydoneum ad agendum quam ad patiendum. ergo non habuit equalitatem musicalium non quantum ad quantitatem molis nec quantum ad quantitatem virtutis. non habuit equalitatem a pondere [illegible] concedende sunt rationes hec ostendentes quia procedunt ista via sic patet [illegible]. Est et alia equalitas a iustitia et hec est quando [illegible] in commixtione musicalium secundum proportionem debitam [illegible] exigentiam forme introducende. et hec equalitas reperitur in hiis que vivunt [illegible] et inter omnia potissime reperitur in homine quia nobilior debet esse [illegible] corporis proportio et armonia musicalium secundum quod disponitur ad nobiliorem formam. Hanc autem equalitatem [illegible] sed latitudinem habet et gradus et hec secundum diversos status. Est enim status glorie quando est perfectus debet corpus humano equalitas et iustitie equalitas in [illegible] perfecta in qua nec cadit discordia nec repugnancia nec actu nec potentia. Est status miserie quando est status imperfectus debet corpus hominis

equalitatem sed distinctam quia permissa habet inequalitatem et discordie non solum passive sed in quadam [illegible] status vero medius scilicet innocentie debet corpus hominis equalitatem mediam que a discordia et repugnancia musicalium erat aliena in actu propter adiutorium intrinsecum anime gubernantis et propter adiutorium extrinsecum alimenti nutrientis. erat enim hec equalitas potens ad inequalitatem sive ob defectum virtutis continentis sive ob defectum alimonie nutrimentalis. autem hominis defectum esse potuit in hoc quod non peccaret transgressio inobedientie. et sic patet corpus primi hominis constitutum fuit in equalitate iustitie que media inter equalitatem que est in gloria et equalitatem que nunc est in miseria secundum quod status ante exigebat. et rationes equalitatis probant fuisse in corpore primi hominis rationes inducte ad astruendam partem istam et sunt concedende sed quia nimis concludunt. Si autem ex eis velint concludere omnimodam equalitatem a pondere rationes ille non valent quia illa equalitas ad non [illegible] non spectat. Si autem velint concludere equalitatem omnimodam a iustitia ad hunc [illegible] concludunt quia et non corpus habet nobilissimam formam non tamen Ade erat in statu suo nobilissimo sicut erit in gloria. hoc autem solum concludunt quod in [illegible] erat tanta equalitas a iustitia quod non erat in musicalium actu repugnantia et hoc quidem est verum et in [illegible] patet responsio ad rationes.

Item post ista sunt dubitationes quedam esse ut [illegible] quod de hoc quod dicit in textu. Creatoris non necessitatis est hoc. necessarium futurum est quod vult et prescit. quod si verum est cum sic ut omnia bona futura nullum bonum futurum eveniret contingenter. patet ergo vanitas quod [illegible] et hoc quod sibi iungit multa et meliora erat facturus et cetera. Futura sunt et prescita dicuntur futura non sunt quod non est futurum est quod non est futurum in prescientia divina est ergo sibi idem est et non est. [illegible] dicendum primum tenendum est de necessitate non consequentis sed consequentie quia necesse adverbium dicit se ipsum volitum esse vel futurum esse. secundum autem [illegible] est et quod precipuum futura significet ordo esse ad causas non eveniret ut sit [illegible] multa et meliora causa futura sunt id est ordinata et quantum ad [illegible] vel prescientiam non sunt futura quia non evenient. Item quod de hoc quod dicit quod homo extra paradisum et cetera. Est causa propter modum in paradiso est positus. Cum enim paradisus esset locus habitationis debitus homini secundum statum innocentie et locus congruus habitationi sit congruus generationi et productioni videtur quod homo debuit produci in paradyso. Item est tota terra esset terrestris et aer tranquillus videtur quod tota erat congrua ut habitaret in homo. ergo si homo extra paradisum productus est videtur quod extra paradisum ad habitandum debuit relinqui. Item si tota terra producta est propter hominem ergo videtur quod homo steterit alia pars terre a paradyso sufficeret propter hoc est hic quod quidem videtur hic paradysus in quo homo est positus.

Est ad predictorum intelligentiam est notandum quod sicut dicunt magistri tres fuerunt de paradyso sententie. quidam enim dixerunt quod paradysus ille in quo erat positus homo erat locus corporalis et propter suam amenitatem paradysus dicebatur et est alius paradisus non corporalis. Alii non attenderent quod beatificatio hominis est in paradyso que consistit in dei fruitione non in corporali amenitate dixerunt hunc paradysum non esse locum corporalem sed spiritualem et omnia que dicuntur de paradyso intelligenda esse metaphorice vim homo [illegible] dicitur positus fuisse in paradisum non quia fuit localiter mutatus sed quia in spirituali amenitate et deliciis ex dei amore et cognitione et fruitione est positus. Ad hanc autem sententiam adducitur illud quod dicitur de latrone Luce xxiii. hodie mecum eris in paradiso et illud quod dicitur de lucifero Ezechielis xxviii. in deliciis paradysi dei fuisti. Tertia est positio quod est paradisus spiritualis et est paradisus corporalis. paradysus spiritualis dicit statum quietis et amenitatis

deliciarum spiritualium. et iste potest esse secundum duplicem statum. scilicet ecclesie triumphantis et ecclesie militantis. unde paradisus spiritualis duplex est. sive duplex deliciarum. unde est in ecclesia militante. alius in ecclesia triumphante. unde illa que dicta sunt in eden de paradiso isto spirituali possunt exponi methaphorice. Paradisus autem corporalis locus est deliciarum et amenitatis. et hic est duplex. scilicet secundum duplicem statum. scilicet perfectum et imperfectum. secundum statum perfectum paradisus est empyreum. secundum statum imperfectum paradisus est locus quidam amenus in partibus orientis de quo dicit damascenus. diuinus paradisus est dei manibus in eden plantatus gaudii et exultationis uniuerse [illegible]. In hoc autem loco decreuit hominem poni ut et esset ei facultas proueniendi ad patriam. et ut deus homini ostenderet beniuolenciam suam cum locum amenissimum ad habitandum preparauit. et sic amenitas exterioris habitaculi interiori responderet deliciis interioribus. quies interior anime que est templum dei. et habebat anima primi hominis. extra autem hunc locum debuit homo poni ut melius cognosceret dei beneficium dum se uideret quasi alium de adductum. et ut in hoc ostenderet quod homo non erat ibi factus ad eternaliter habitandum. set temporaliter peregrinandum. et quia deus presciebat hominis casum in paradiso noluit eum collocare [illegible] ut per se de loco uoluptatis cognosceret sensibiliter quanta bona spiritualia amisisset per culpam cognosceret. et nos quanta esset distantia inter eum qui dominio humilis obedit et eum qui ipsum superbe contempnit. et hec patet etiam ad oculum locum paradisi conuenientem fuit factum propter hominem quem deus preuidebat esse lapsurum. et quia semel eiciendum erat hominem et peccatum de ea terra simpliciter ex qua erat postmodum rediturus. nec tamen si homo stetisset alia pars mundi [illegible] quia bestiis conuenientibus homini habitaculum preberet. et habitaculum hominis sua nobilitate excellens ostenderet. et sua magnitudine decoraret sicut magna platea decorat palatium. et sicut aula decorat cameram. ¶ Item queritur de hoc quod dicitur. locum paradisi in alto situm usque ad lunarem circulum pertingentem. utrum uerum est. Primo quia inter lunarem circulum et aerem est spacium quod non patitur hominem uel posse uiuere. ¶ Item aer in sua parte superiori est tante subtilitatis quod non possent aues uiuere sicut dicit augustinus. ergo si paradisus locus esset adeo eleuatus non posset in uiuere homo habens corpus et animam. ¶ Preterea si adeo esset ille locus eleuatus cum magis appropinquaret soli. ergo esset calidissimus et inhabitabilis. Sequitur et ex hoc quod terra esset super aquam et super aerem. Solutio quod sic doctores dicunt paradisus corporalis situs est ualde eminens et altus et inter equinoctialem in oriente quantum ad meridiem. est autem tante altitudinis ut illuc non ascendant uapores in aere eleuati. sed sit ibi aer mundus et purus ydoneus statum perpetuitatis. et propter puritatem aeris ibi esse contemperantiam caloris. et quia sensus equinoctialem est ibi magis temperies temporis. Quod autem dicitur usque ad lunarem circulum pertingere hoc non est dictum secundum situm. set secundum quandam comparationem. sive quia consortium in tranquillitate et immobilitate sua quia uapores quibus dominatur luna illuc non pertingunt. et sic patet id. ¶ Item queritur de hoc quod dicitur. ¶ In paradiso erant ligna diuersi generis. et cetera propter quid duo ex illis lignis nominantur et non plura. ¶ Item cum lignum id de quo facta est prohibitio non fuit scientie boni et mali. nisi propter transgressionem ade non uidetur quod sic debuit a sui principio nominari. ¶ Item cum lignum uite illum effectum uiuificandi non haberet uel aut frustra fuit. aut ab illo effectu denominari non debuit. Solutio ad quod uarietas lignorum secundum diuersitates comprehendit

gredi habeat et pervenire ad consummationem. Dividitur autem
presens ista in tres partes. in prima determinat quomodo peccatum in viribus anime
habeat progressum ad consummationem. In secunda non predeterminata
repetit ad maiorem explanationem ibi. Magis ut habiturum sen-
ma profugam etc. In tertia non predeterminata epylogat
ad faciliorem rememorationem ibi. Nos de anime partibus intelligere
nunc et cetera quibus harum partium duorum patet in duas secundum duo ca-
pitula quibus magister continentur. nam prima pars habet duas in prima
determinat inceptionem et ordinem numerum anime. In secunda non
determinat quomodo habeat suum progressum culpe ibi. Et vero sic est
ante quam etc. Similiter secunda pars habet duas. in prima explanat
et tenet assimilationem numerum anime ad consummationem potentie
ad primam tempore. In secunda vero ponit quandam similationem omnium
deus quod in vir sine uno dampnari non patet ibi. non sane est so-
la cogitatione etc. Similiter tertia et ultima pars duas habet. in prima bre-
viter epylogat et rationem sue digressionis assignat. In secunda non
mutitur huius nominis sensualitas ad maiorem evidentiam expli

[...]ceat et manifestat, id est non est sine scientia permittentis etc.

Ad intelligentiam huius partis queruntur circa primo quare superior portio habeat fieri et esse in parte rationis superiore. Secundo quare habeat fieri in inferiore. Tertio quare habeat fieri in sensualitate. Circa primum queruntur duo. Primo queritur utrum in superiori parte rationis habeat esse peccatum secundum se. Secundo queritur utrum possit in ea esse veniale.

Circa primum sic proceditur et ostenditur quod in superiori parte rationis secundum se, hoc est absque instinctu partis inferioris, non possit esse peccatum. Per Augustinum contra Manicheos qui sic ait: ideo mens deducta ad consensum peccati non potest nisi cum delectatio fuerit mota in illa parte anime que debet obtemperare rationi tanquam viro suo. Ergo numquam peccat ratio superior nisi peccatum precedat in parte inferiori. Item Philosophus in III de anima: intellectus est semper rectus, fantasia autem recta et non recta. Ergo intellectus quantum est de se numquam errat. Ergo non superior portio deviat a veritate iustitie nisi inclinetur per sensualitatem et inferiorem portionem. Item peccatum est per conversionem ad bonum commutabile. Sed superior portio rationis dicitur inquantum convertitur ad eterna, inferior in quantum convertitur ad temporalia. Ergo impossibile est peccatum fieri in nobis ex actu partis rationis superioris absque actu inferioris. Item ratio superior dicitur inquantum legibus eternis intendit. Sed impossibile est aliquid peccare nisi declinando a legibus eternis. Ergo impossibile est peccatum in superiori parte rationis esse per se. Item nihil est media inter sensualitatem et rationem superiorem. Sed sensualitas semper movetur ad bonum ut nunc, quantum est de se; ergo ratio superior quantum de se semper movetur ad bonum simpliciter. Sed movendo ad bonum simpliciter in movendo non peccat. Ergo in superiori parte rationis quantum est de se peccatum esse non potest. Item anima quando convertitur ad deum purgatur, melioratur et perficitur. Sed superior portio rationis attenditur inquantum convertitur ad deum. Ergo cum peccatum fetet et obnubilet, peccatum in superiori parte rationis secundum se esse non potest.

Sed contra. Ieronimus in [illegible] in prophetas et ... usque ad litteram. Et quod secundum quod sancti exponunt, dicitur a pre[illegible] superior pars rationis, in qua et illa habeat per peccatum cum [illegible] et fedari. Item Augustinus XII de trinitate: ille manducat quando superior portio rationis consentit illecebre. Sed certum est peccare cum est consentire. Si igitur hoc est superioris partis, patet etc. Item contingit peccare aliquem peccato infidelitatis discredendo aliquos articulos qui sunt de divinis. Sed ad illos articulos solum superior rationis portio se extendit. Ergo in illo genere peccandi portio superior per culpam convertitur. Item Augustinus constat esse utrasque; Augustinus maxime consistit in superiori portione rationis et maxime sit iudicium et imperium. Ergo ubi est in superiori portione est secundum se sit utrabilitas ad malum, ergo et peccatum. Item superior portio rationis est illa que dictat et iudicat tam de agendis quam de credendis. Sed iudicium errare quantum est de se absque gratia deficiat ab his que sunt fidei catholice. Ergo per se potest errare et ab illis declinare, et si hoc potest per se peccare. Item angelus cum peccavit primo peccato appetiit equiparari deo in potentia et intellectu, in sapientia. Sed hoc est appetitus solum partis superioris. Ergo ut quantum peccatum hominis, quantum peccatum angeli incepit a parte rationis superiori. Ergo in superiori parte rationis secundum se peccatum habet fieri et esse.

Respondeo ad predictorum intelligentiam notandum est quod aliqui dicere voluerunt quod superior portio non est aliud quam synderesis et quod ipsa superior portio quantum est de se semper est recta et fortis, nisi trahatur et emolliatur per portionem inferiorem. Et ideo dixerunt peccatum ibi non esse simpliciter, sed si peccat hoc solum dicitur esse consentiendo inferiori parti sive non compescendo eius deordinationem. Sed hoc positio deviat a veritate primum in hoc quod dicit quod idem est superior portio rationis et synderesis, quod plane falsum est, cum superior portio rationis et inferior pertineat ad arbitrii libertatem, sicut dictum est. Et ideo nominant potentiam deliberativam. Synderesis autem potentiam talem nominat que semper fortiter ad bonum inclinat. Secundo vero a veritate deviat et ad hoc quod dicit in synderesi aliquid non esse peccatum. Hoc enim plane est falsum et sic

manifestabitur. Et glossa dicit super Ezechielem I. Tertio vero a veritate deviat in hoc quod dicit quod in superiori parte rationis secundum se culpa non potest esse nisi ab inferiori procedat et derivetur. Sibi acto hoc enim dicitur cum enim in illa portione consistat arbitrii libertas et in ipsa tamen insit ei ad malum vertibilitas et ita possibilitas ad peccandum. Est et hoc communiter expressum quia ratio superior non solum habet iudicare secundum leges eternas sed et habet iudicare secundum lumen gratuitum et secundum lumen sibi ab inferiori acquisitum et quandoque aspiciendo ad leges eternas non potest iudicare nisi secundum ea que reperit a sensibus. Et tunc secundum lumen fidei datum et innatum potest deficere et errare maxime ... lapse existens, quoniam quod sibi proponitur credibile et aliquis articulus de trinitate et unitate, videtur non solum repugnare sensui et ymaginationi, sed etiam discrepare a lumine iudicio rationis. Sed tamen talis secundum lumen gratuitum non aspiciendo ad partes inferiores iudicaret, deficeret et discederet et peccaret. Et propter hoc est alius modus dicendi, quod duplex est genus peccati: quedam enim sunt peccata carnalia, quedam vero spiritualia. Si loquimur de peccatis carnalibus, sic faciendo est quod non contingit esse peccatum in superiori parte rationis absque inferiori. Si autem de peccatis spiritualibus fiat sermo, tunc concedendum quod peccatum habet fieri et esse, licet non semper fiat in inferiori parte rationis, secundum se, et verum quod hoc ostendunt secunde rationes et per hoc patet responsio.

Ad primum quod primo obiicitur de Augustino, dicendum quod ibi loquitur de progressu et processu peccatorum carnalium. Ad secundum quod obiicitur quod intellectus semper est rectus, dicendum quod verum est prout intellectus est. In hiis ad que movet potentia intellectiva per modum nature. In hiis vero que movet per modum deliberationis non habet veritatem, vel ipse vocat intellectum quod nos vocamus conscientiam. Ad tertium quod obicitur quod peccatum est per conversionem ad bonum commutabile, dicendum potest dupliciter, primo quod non solum est peccatum quando fit conversio ad id quod est secundum veritatem, sed etiam quando fit conversio ad id quod est bonum, bonum et commutabile, et appetitur ut commutabile. Aliter potest dici quod superior portio etsi dictat ab inferiori in hoc quod ipsa convertitur ad superiora, non tamen habet cavillari ad inferiora, prout disponit et regit inferiores potentias. Et sic potest deordinari malo eas regendo sive frena laxando vel suo imperio eas non retinendo.

Ad illud quod obicitur quod ratio superior intendit legibus eternis, dicendum quod iste est actus nobilissimus superioris, sed non semper actum hunc exercet. Immo tunc intendit sibi et ad se convertitur et sic potest minime ad se convertere ac per hoc a deo avertere et deviare a legibus eternis.

Ad illud quod obicitur quod sensualitas inclinat ad bonum ut nunc, dicendum quod sensualitas non semper movetur inordinate, immo certum quod semper inordinate movetur. Non tamen ex hoc concluditur quod superior portio rationis semper ordinate moveatur. Alia enim vis assignatur secundum quam semper ordinate movetur, utpote synderesis que est scintilla conscientie. Ad illud quod obicitur quod superior portio rationis dicitur inquantum convertitur, dicendum quod hoc non est cum in quantum actu convertitur, sed inquantum nata convertitur per inordinatam conversionem peccati. Alia quod conversio est, aut dicitur quod conversio ad deum purgat, illuminat et perficit, hoc intelligitur de ordinata conversione, quam non est necessarium invenire in actu superioris portionis.

Secundo queritur utrum in superiori portione rationis possit esse veniale peccatum. Et quod sic videtur, quia contingit esse aliquem articulum fidei ex subrepentione dubitare et constat quod esse peccatum est sic modo ad illud tamen constat esse in superiori parte cum sit esse articulos fidei vel circa eos constat esse veniale cum sit ex surreptione, ergo etc. Item esse potest superior portio rationis in vita contemplativa quando est plenius conversa, et prebeat gratiam iniquitatis peccato. Sed contingit aliquem placere consentire in verbum ociosum et incidentum recogitare, hoc non sunt nisi peccata venialia, ergo etc. Item superior portio rationis est corrupta sicut et inferior, tamen omnis universaliter inficiatur et debilitatur. Ergo si peccatum veniale potest esse in aliis viribus, quod dicitur ... conceptum quod accepit ex originali eadem ratione et in parte superiori. Item contingit quod aliquis intendendo se ad deum per amorem est negligens, non magis tenetur ad hoc mandatum quam ad alia. Ergo si negligentia in aliorum mandatorum observatione est venialis, ergo et negligentia in amando deum est venialis; sed hoc est in superiori parte rationis, ergo etc. Sed contra Augustinus dicit in magno

in illa veritate quam superior pars rationis contuetur inconcussibiliter. Et ideo est peccatum mortale et damnabile. Ergo videtur quod quandocumque peccatum superiorem partem attingit statim sit mortale. Item penes superiorem partem rationis residet regula directionis in toto regno animae; et facta obliquatione in regula iam non remanet aliqua rectitudo nec species rectitudinis. Igitur si superior portio rationis peccat deordinatur tota anima. Ergo si plena deordinatio non est absque mortali peccato videtur etc. Item nulla creatura est excellentior anima quantum ad superiorem portionem sicut Augustinus dicit. In nullis locis invenitur et dicit expresse. Sed angelus propter suam dignitatem non potest peccare nisi mortaliter. Ergo videtur pari ratione quod nec peccatum veniale possit esse in superiori parte. Item non est adeo veniale quod non fiat peccatum mortale dum placet. Sed complacentia tenet ut dicit quando superior pars rationis ad culpam inclinatur. Hoc autem est omnino ipsam peccare. Ergo non videtur quod aliquod peccatum possit ibi esse quin sit mortale. Respondeo ad praedictorum intelligentiam notandum est quod aliqui dicere voluerunt quod in superiori portione rationis non potest esse nisi mortale peccatum et propter hoc elongationem sive a carne et a sensualitate nunquam consistit initium suggestionis male, et ex eo primitus habet esse peccatum veniale secundum statum naturae lapsae. Et ideo dixerunt quod cum sint tres gradus in spiritibus animae correspondentes spiritui, naturali et uno medio, sensualitas portio inferior et superior sensualitatis est tantum peccare venialiter; superioris partis tantum mortaliter; inferioris partis utroque modo est. Et sic media indutumque: nam sapit utrumque. Sed contrarium planius est in superiori portione rationis posse esse aliquod non mortale, motus videlicet subrepticii, ex surreptione plenum est. Et inde contra eorum autem expositionem dico, aliis videtur de probabilius et melius quod peccatum veniale in parte superiori habeat esse. Unde concedendum est rationes hoc ostendentes. Ad illud quod objicitur quod quando superior pars rationis consentit est damnabile et mortale peccatum, dicendum quod illud intelligitur de pleno consensu et hoc illi peccati cuius actus est prohibitus sicut est de peccato fornicationis. Ad illud quod objicitur quod penes superiorem partem residet regula directionis, dicendum quod regula directionis non tollitur per quodcumque peccatum sed per illud quod inducit divinam contemptionem et aversionem a Deo. Hoc autem non est in quolibet peccato superioris partis ut potest in illo quod ex surreptione committitur. Ad illud quod objicitur quod nulla creatura est superior anima secundum mentem, dicendum quod et si nulla sit superior anima secundum naturam, dicendum quod et si nulla sit superior secundum ordinem efficientiae et finis, est tamen aliqua maioris dignitatis et excellentiae; et propter hoc minorem habet excusationem. Praeterea natura rationalis in statu innocentiae potest peccare venialiter ut supra ostensum est. Nulla autem natura rationalis lapsa de culpa potest consequi veniam. Unde homo propter fragilitatem carnis, et ideo non valet quod dicitur ab angelo. Ad illud quod objicitur ultimo quod placentia facit de veniali mortale, dicendum quod complacentia non dicit quamcumque inclinationem sed plenum consensum et deliberatum et quandam plenam acceptationem, et ita ex hoc non concluditur quod omnis deordinatio superioris partis cedat in genere peccati mortalis.

Circa secundum articulum principalem scilicet quomodo quando peccatum habeat esse in inferiori parte rationis quaeruntur duo. Primo quaeritur utrum ad peccatum habeat esse in inferiori parte absque sensualitate. Secundo quaeritur utrum peccatum mortale possit esse in ea parte rationis superiori non peccante.

Circa primum quod sic procedit et ostenditur quod nullum peccatum possit esse in inferiori parte rationis absque sensualitate per Augustinum auctoritatem contra Manicheos. Ubi ait sic: inimicus noster non agit nisi est ad peccatum quasi delabi. Quia nisi actum est nullius tibi speciei inheret nihil. Ergo si peccatum incipit a serpente et peccatum est serpens et ipse diabolus: omne peccatum incipit a sensualitate. Item sicut omnis consensus peccati delecto ita omni delectationi praecedit aliqua suggestio. Sed nullum peccatum rationis est absque aliqua delectatione. Ergo nec delectatio sine suggestione. Suggestio autem non est nisi partis sensualis vel serpentis. Ergo nullum peccatum est in inferiori parte rationis quod non incipiat a sensualitate. Item inferior ratio non peccat nisi quia appetit bonum ut nunc. Sed inferior quae appetit bonum ut nunc est sensualitas. Ergo non peccat nisi per sensualitatem. Item nihil est intellectum quod prius non fuit in sensu. Ergo pari ratione nihil est in voluntate quod prius non fuit in sensualitate. Ergo si ratio deordinatur necesse fuit sensualitatem prius deordinari. Item omnia peccata aeternalia carnalium habent a peccato originali et potissime augmentum quod ex originali peccato nobis tolerantur. Sed tale originale peccatum quantum sensualitatem est a re commune sive ad carnem. Videlicet autem secundum quod anima contingit carnem est ipsa sensualitas. Ergo omne peccatum animae incipit a sensualitate. Igitur absque ea in inferiori parte rationis peccatum non potest esse. Sed contra magis est coniuncta superior portio inferiori quam ipsa inferior portio sensualitati, et ideo superior et inferior spectant ad eandem potentiam et ideo si ergo peccatum potest esse in superiori rationis parte absque inferiori sicut supra probatum est, videtur multo fortius quod possit esse in inferiori absque sensualitate. Item potest esse in inferiori parte rationis peccare de peccato spiritualium pertinendo ad spirituale bonum. Sed sensualitas non appetit nisi bonum sensibile. Ergo potest peccare inferior portio absque sensualitate. Item quaedam potest virtus inferior potest virtus superior. Ergo si sensualitas potest delectari motu inordinate ad quod appetitur sensibilibus sine superioribus, multo fortius inferior potest; ut potentia rationis pars inferior et eadem motum potest absque sensualitate. Item inordinatio non est sensualitatis cum non habeat coniungi carni. Sed constat quod ipse habet peccare non solum in omnibus; sed etiam in hoc si ergo peccatum in tractatu attendit secundum aspectum rationis quod invenitur in inferiori parte rationis, videtur quod absque sensualitate coniungat illam portionem peccare. Item quia virtus est inferiorem portionem rationis contemplari quando delectatur tanquam a sensualitate non venit. Si tu dicas quod hoc est quando ratio audit et percipit se delectari tunc duplex est inconvenientia, unum quia frequenter homo consumat peccatum et tamen cogitat nisi de appetitu non advertit se delectari vel excitari, et videtur quod aliquis posset peccare mortaliter in quo inferior portio non consentiat. Aliud est inconveniens concludere quod ipse experimentum delectationis non sit malum nec peccatum augmentativum. Iam videtur quod perceptio rationis post suggestionem sensualitatis culpam non aggravat, quod plane et manifeste falsum necesse est dubitari. Respondeo ad praedictorum intelligentiam notandum est quod sicut innuit magister in sive hic distinctionibus sensualitas dupliciter potest accipi. Aliquando accipitur prout quae appetit bonum ut nunc, et hoc non solum est in parte sensibili immo rationali, et sic motum sensualitatis nec in Deo nunquam contingit esse peccatum inferioris rationis partis, scilicet quando peccat bonum ut nunc non exoptat. Aliquo modo dicitur sensualitas virtus animae sensibilis quae includitur in corpore, et sic inimicum est supra; et sic hac contingit esse peccatum inferioris partis quantum ad peccatum spirituale; quantum ad carnalia vero aut nunquam in incarnatis, nisi corruptione venit ex foedatione carnis et corruptione partis sensibilis. Et ita generaliter peccatum incipit a serpente sive a sensualitate quando quasi ex apprehensione delectabili delectatur et inclinat animam ad visionem et perceptionem sive delectationis. Hoc inimicum ex surreptione est, et dicitur rationali quantum propter illam delectationem dulcedine eius gustasset. Sed tunc ideo comedit et peccat in ea et incipit quando post delectationem advisionem et perceptionem sensualis delectatam consentit et in delectatione persistit, exceptis nisi sit post delectationis advisionem ideo comedere dicitur et peccatum tribuere a sensualitate in typum, quando si iudicare debet delectationem et ideo delectari hoc sit partis sensualitatis perceptio tamen ipsam delectationem inferioris, hoc est partis vero perceptione tamen ipsam delectationem inferiorem hoc est partis ratio et ideo non comedere dicitur si post talem perceptionem per sensualitatem condelectatur. Sic igitur concedo quod aliquod genus peccati potest peccare potest peccare inferior rationis portio absque suggestione sensualitatis sicut rationes ad istam partem inducte ostendunt. Aliquod vero genus peccati in quo aut nunquam peccat inferior pars carnalis nisi motus sensualitatis praecedat et trahat et quantum ad hoc peccati genus loquitur Augustinus contra Manicheos et per hoc patet. Respondeo ad primum quod obicitur in contrarium. Ad illud quod obicitur quod omnem delectationem praecedat suggestio, dicendum quod si suggestio large accipiatur ad omnem apprehensionem boni ut nunc sub ratione appetibilis sic verum est quod praecedit omnem delectationem; si vero accipiatur stricte pro illo motu serpentino partis sensualis sic non habet veritatem in omnibus et omnibus peccatis sed solum in peccatis carnalibus et per hoc patet. Respondeo ad sequens quod dicitur quod sensualitas est virtus appetitiva boni et ut nunc et ut accipitur sensualitas large et sic ut praepositum est absque ea non potest esse peccatum in inferiori parte rationis quamvis esse possit absque sensualitate dicta praecise saltem peccatum spirituale. Ad illud quod obicitur quod nihil est intellectum quod prius non fuit in sensu, dicendum quod verum est ut in se vel in alio suo. Multa tamen fingit homo quae nunquam vidit, multa etiam quae potest videre cogitavit. Et quod illa cogitatio non excitatur a potentia sensualitatis movente sed intellectu potest de voluntate et sensualitate. Ad illud quod obicitur quod omnia peccata habent peccata habent ortum ab originali concupiscentia, dicendum quod et si

omne peccatum quandam excaecationem habet et quia excaecatione non tamen oportet omne peccatum tamquam ex proprio moventem ortum habere ex caecitate vel ex sensualitate, pro eo quod omne peccatum non tantum inficiat partem sensualitatis, immo inficit partem sensualitatis et corrumpit. Unde secundum Augustinum vespera est in omnibus viribus, attamen non sensualitati sic proprie ambula sicut non omnia mala nostra dicuntur procedere ex concupiscentia.

Secundo quaeritur utrum ratio inferior possit peccare mortaliter absque superiori. Et quod sic videtur: Augustinus dicit et habetur in littera quod si sola tenetur in cogitatione delectationis, et si non consentitur de facto, mortale est; sed tenere non dicitur commedere nisi quando ad eam non pertinet; ergo sola muliere comedente contingit peccare mortaliter. Item Augustinus dicit et habetur in littera: carnalis illa non sanetur, et dicit quod si sola mulier comedit, tota homo damnatur; sed hoc non nisi propter peccatum mortale; ergo muliere comedente contingit peccare mortaliter. Item ratio porro vocatur dicitur inquantum nata est aspicere superiora, sed contingit aliquem peccatum committere ita quod non cogitet de legibus aeternis; ergo contingit aliquem mortaliter peccare solo actu inferioris portionis sine elicito actu superioris. Item frequenter offendit quis proximum vel cogitans de offensa dei; sed inferior portio est sed quae ordinatur ad proximum, superior vero quae ordinatur ad deum; ergo contingit peccare mortaliter ex actu inferioris portionis sine actu superioris. Item magis proprie est ad peccatum inferior portio quam superior, et excaecatio ad sensualitatem melior fit et ob hoc mulier incipit; ergo si superior portio potest peccare per se ipsam multo fortius inferior. Sed contra: Augustinus dicit [illegible] doctor in littera: illa nec sane [illegible] quando mens sola cogitatione oblectatur de talibus cogitationibus venia petenda est, pectus percutiendum et dicendum: dimitte nobis debita nostra. Talis ergo poena venialium; ergo dum mulier comedit absque viro peccatum est solum veniale. Item ipsum est in inferiori portione damnari absque superiori; sed superior porro numquam damnatur sine culpa; ergo ipsum est inferiorem portionem absque superiori peccare mortaliter. Item ipsum est esse peccatum mortale, nisi sit consensus residens penes radicem et arbitrium principale; hoc autem superior portio vocatur, sicut dicit Augustinus et habetur in littera; ergo etc. Item ipsum est aliquem peccare mortaliter sine aversione; sed aversio est a causa et summo bono; hoc autem est superioris portionis; ergo inferiorem est portionem absque superiori ipsum est peccare mortaliter. Item numquam imputatur alicui cogitationi boni, nisi proponat vel faciat vel implere si posset; ergo similiter aliquis debet censeri de illicito mortali peccato in cogitatione mali, nisi proponat vel perficere si posset; hoc autem non est sine superiori portione; ergo etc. Item quantum ad peccatum est veniale consentire non vel non facere peccatum mortale; sed delectatio carnalis est tale vel veniale; ergo consentire in delectationem ita quod non consummetur in opere non mortale erit, sicut consensus in opus est superioris portionis sicut dicit Augustinus; numquam est peccatum mortale in inferiori parte absque superiori. Quod autem consensus est veniale non faciat mortale probatur per hoc quod sicut dicitur verbum otiosum et iracundum otiosum non est mortale sed veniale. Si autem tu dicas quod non est simile quia delectatio carnalis magis est ad mortale peccatum, contra est quia quae potius consentit in delectationem attribuitur inferiori parti quam superiori et quae consensus in opus potius approbat superiori. Et [illegible] partis ita bene sit regere in[illegible] sic in affectionibus et alia virtute quantum ita bene sit in parte inferioris partis propter carnalia ingratitudinis peccatum sic et in delectationem consentire ideo est quod quamdiu sit vir peccare et comedere, uterque comedere idem sit quod consentire, et non quantum dicatur mulier comedere peccat mortaliter et quantum venialiter et cetera, ut est verbum Augustini de coniunctione viri et generaliter tamen quia tunc comedit vir quando prohibitum actum iniquitatis proposito multa vel sic peccata quae consummantur in sola cogitatione et tunc comedit et nulla mulier comedere praevenit actum iniquitatis et ideo peccatum non habeat exercere per mulierem comedere. Respondeo ad praedictorum intelligentiam est notandum quod et si possit sit mulierem comedere absque viro non tamen potest mulier peccare mortaliter absque viro, sive inferiorem portionem absque superiori. Peccare

autem et hoc patet diligenter, quia cum peccatum mortale committitur, aliud est dum venenum degustatur, peccatum non mortale dicitur deordinationem a deo quae est quidem consensus et contemptum et ordinationem autem talis est per aversionem et hoc est superioris portionis quantum est auctoritate. Et cum consentire avertit per illam potissimam spectat apud quam residet iudiciaria potestas et regiminis auctoritas. Haec autem est superior portio vocatur et ideo impossibile est ad peccatum mortale esse in nobis quod superiori portioni non imputetur et quia ipsa non deordinetur per aliquod peccatum mortale quae exigit vel est et deceptionem aversionis et consensum deliberationis quorum utrumque est superioris portionis est et ideo existat propter conversionem quam immediate superiorem portionem et inferiorem lex coniugii est et ideo viro debet altera regere et reprimere. Non sic autem est inter sensualitatem et inferiorem portionem et propter hoc dicuntur portio deordinata negligentiam qui debuit eam reprimere putatur ipse cum illa culpa iudicari. Sic igitur patet quod impossibile est inferiorem portionem vel absque superiori mortaliter peccare, potest tamen una earum absque altera committere et hoc est committere potest est quia ipsa est sine consensu ad delectationem secundum actum proprium mulieris autem in[illegible] contingit autem tale potius consentire ad delectationem a sensualitate oblatam secundum actum inferioris portionis contra tamen quod non consentiat secundum actum superioris et ita contingit mulierem comedere viro non degustante, ut patet si attendamus progressum tentationis et delectationis, quia primo delectabile affertur sensualitati per appetitum, secundo delectatio adiungitur, tertio ratio et ad quam tantum delectatio consentit vel dissentit. Delectatio est propter sensualitatem, delectationem adiungit est inferioris partis vel quae inferiorem mortale et affectus habet diiudicare et cogitare hoc non est per sensualitatem. Distinctione autem hoc sit amplectendum vel respuendum est superioris partis in quo residet auctoritas iudiciaria. Potest contingere ergo delectari ad apprehensionem delectationis aut ad visionem delectationis et hoc est sensualitatis et absque dubio est veniale peccatum. Contingit iterum delectari per apprehensionem delectabilis et perceptionem delectationis ante plenum consensum deliberationis et hoc est inferioris partis et aliud mortale quam veniale et tunc dicitur comedere sola mulier. Contingit tertio delectari per apprehensionem delectationis et adiunctionem delectationis et tunc dicitur comedere vir et tunc est mortale peccatum in his in quibus peccatorum actus est prohibitus propter plenum consensum et deordinationem. Sed in quibus est tempus in quo actus et consensus plenum est esse veniale cum consentiat inferior vel superior portio plenum est esse mortale et non sola mulier comedit potest esse mortale vel veniale et ideo dubium est discernere quando sit mortale vel veniale. Non dubium est discernere quando sit mortale: potest tamen discerni, quia cum propter delectatio aut statim repellitur et tunc leve est peccatum si non tunc hoc potest esse temporale aut quia placet ipsa delectatio in operis consummatione et quod est non delectatio vel cogitatio et non in opere si facultas adesset et tunc esset plenus consensus et peccatum mortale sine consentiente viro et mulier comedente aut placet delectatio sed tamen displicet peccati consummatio et tunc est consensus incompletus et tunc dicitur manducare mulier, non tamen peccat mortaliter cum illa consentit delectationi aut utrumque displicet sive ipsa inferior delectatio et operis consummatio et tunc advertit periculum aut non advertit. Si non advertit periculum delectationis nec repellit eam peccat sed non mortaliter, quantum tamen peccat quod si statim et viriliter repulisset. Aut advertit periculum et delectationem illam non repellit sed mentem in talibus cogitationibus revolvit sentit et tunc dicunt magistri quod peccat mortaliter, quia quamvis non sit ibi consensus verus, est tamen ibi consensus interpretativus et comedit sola mulier non tamen peccatum viro imputatur, quia tunc eam compescere debuisset et tenere non tamen compescuit. Sed tamen quod nec ultro datum est usque adeo negatur non aliquid esse mortale in negligentia reprimendi vel est displicentia quaecumque quis periculum adiungatur, sed tamen securior via tenenda est quae quaecumque sit vel vitalis, et si cum hoc contingat casum est consilium quod de ipso ut de mortali poeniteat. In dubiis enim securior via est eligenda, et non quod de quacumque delectatione loquitur utpote de illa quae est delectatio cogitando de pulchritudine mulieris, sed de illa quae surgit ex cogitatione vel operis nepharii et sic patet quod mulierem contingit comedere sine viro pro eo quod mulier solum dicitur comedere quando plenus consensus accedit et tunc dicitur actus iniquitatis prohibens peccato, quia totus homo vel ad peccatum inclinatur sive sit peccatum carnis sive spiritus. Peccare autem non potest mortaliter absque viro quia non potest esse

utrum ratio inferior possit peccare mortaliter absque superiori

in

comestio

an

in

i post plenum consensum et delectationis

in

duo

in

peccatum sit nisi consensus [illegible] vel interpretativus. [illegible]

[illegible]

de [illegible] pro hoc quod consensus in delectationem dicitur non esse peccatum quia absque dubio [illegible]

[illegible]

Secundo [illegible]

[illegible]

Consequenter [illegible] Primo [illegible] Secundo [illegible]

[illegible]

[illegible] de consensu [illegible] quod ipsa ordinabilis est ad rationem [illegible]

[illegible]

[illegible] quod [illegible] consensus possit esse peccatum [illegible]

[illegible]

Si peccatum non diu teneat [illegible] [illegible]

[illegible]

vel [illegible] consensus possit esse peccatum veniale

nec infinitum sed constantia non adequatur infinitum. Quod si mora temporis constans est, invenietur etc. ¶ Juxta hoc queritur quanta mora temporis faciat quod erat veniale esse mortale et utrum hoc sit in aliquibus generibus peccatorum sicut in peccato carnis etc. Item queritur quando dubitatur utrum mortaliter vel venialiter peccaverit qualiter sit ei consulendum. ¶ Respondeo. Dicendum quod mora temporis quantacumque est non facit ut quod prius erat veniale fiat mortale sed solum occasionaliter, videlicet quia inducit consensum vel interpretativum. Tunc autem inducit consensum interpretativum quando excrescit tantum delectationis libido adeo ut homo velit omnino intentione delectationem persistere et morari. Tunc etiam inducit consensum interpretativum quando homo advertens periculum delectationis advertere negligit eam reprimere. Hoc enim non est absque contemptu salutis proprie pro eo quod discrimini se exponit. Illa enim delectatio submittit sicut serpens venena diffundit per que rationalis spiritus moritur morte culpe. Sicut igitur salutem suam contempnere negligit qui sponte inter se serpentes collocat, sic in tali delectatione advertens periculum vel debens advertere voluntarie insistere exponit se discrimini quando negligit repellere, et pro tanto dicit magister ipsum peccare mortaliter, et patet ad obiecta quia hoc non facit mora delectationis sed consensus. ¶ Ad id vero quod queritur quanta mora hoc faciat, dicendum quod inequaliter determinatur quod tanta mora sed facit mortale adeo excrescit delectatio et libido quod inducit consensum vel adeo est repellendi negligentia propter salutis in causa quod sequitur contemptus et consensus interpretativus. Si autem in speciali queratur quanta sit ista mora utrum unius hore vel dimidie vel amphoralis spacii, non potest una regula dari quia aliquando est maioris aliquando minoris secundum diversos status et conditiones personarum. Verum hoc non determinat scientia vel lectio sed potius scientia vita et unctio. Unde autem conscientia vita se non modicum ledi quando ex morosa delectatione consensus sequitur vel contemptus, quod si non curat aliquando propter tenebras et involutiones affectionum nimium securiorem partem debet eligere et confiteri pure sicut in dolore quod peccaverit mortaliter. ¶ Ad id quod queritur utrum in sit in omnibus generibus peccatorum, dicendum est quod in omnibus peccatis delectatio morosa vigilanter et strenue vitanda est. Tamen liber Augustini precipue vult intelligi in peccato carnis, quod hic exercitius in eventu delectationem sibi magis coniunctam et ad quam homo facilius inclinatur, et ideo cum magna diligentia est vitanda. Non solum autem hoc sed etiam quoniam multa et frequenter eveniunt esse venialia que sunt mortalia et difficillimum est in talibus discernere, et ideo quasi a facie colubri esse habet non qui vult salvari peccatum fugere. ¶ Item queritur de hoc quod dicitur quedam levia que si tamen semel fiunt damnant, quedam vero non nisi sepius fiunt. Sed contra: multiplicatio actuum non mutat genus; quod si primum peccatum est veniale et secundum et tertium, quod numquam vel mortale potest quia sub veniale stat, et sic si multiplicatur [illegible] numquam damnat venialia quantumcumque multiplicentur. ¶ Ad hoc dicendum est ad presens quod ista que determinat [illegible] distinctione xxvi ideo ad presens tamen dixisse sufficiat quod plane venialia non damnant nec faciunt mortale quantum est de se sed solum dispositive; ex frequenti enim iteratione venialium augetur libido et frequenter incurrit contemptus, et pro tanto intelligendus est liber magistri esse dictum. Item queritur de hoc quod dicitur in textu: sepe in scriptura nomine sensualitatis inferior portio rationis intelligitur. Hoc enim non videtur [illegible] quod est rationalis portio [illegible] sensualitas nullomodo videtur quod ratio sensualitatis nomine debeat censeri. ¶ Item queritur de hoc quod dicitur quod sepe in scriptura hoc reperitur, [illegible] enim philosophi de viribus sufficienter tractaverunt et nullam mentionem faciunt ad sensualitatem. Verum est hoc quod scriptura sacra et doctores sacre scripture hoc nomine utuntur. Inter hoc queritur quod est quod utrum nomine sensualitatis intelligatur una vis et plures et utrum intelligatur vis cognitiva vel motiva. Propter hoc quod dicitur a sanctis scientia vis cognitiva est; quod autem dicatur motiva videtur propter hoc quod in ea habet esse peccatum et ad malum habet inclinare. ¶ Respondeo. Dicendum quod scriptura distinguit hominem interiorem et exteriorem sicut habetur ii Corinthiorum iiii: et si his qui exterior est noster homo corrumpitur, interior tamen renovatur de die in diem. Exteriorem autem hominem vocat non ipsum corpus tantum sed corpus cum viribus animalibus per quas habet huius sensibus intendere et eis inherere. Interiorem autem hominem vocat ipsum spiritum rationalem secundum quod celestia se ipsum occupare. Secundum hoc intelligendum est quod homo habet potentias animales per quas convertitur ad sensualia, et ulterius naturales per quas convertitur ad spiritualia. Instinctus collectus unum posse peccatum anime integritatem et quedam [illegible] autem resultat unde omnis hominis regitiva, que unde vocatur arbitrii libertas, in quo consistit ratione et voluntate et intellectu. Secundum autem quod homo habet conversionem ad hoc sensualitatem habet, et suas potentias quasi suas concurrentes integrat qualiter unum peccatum posse. Propter quod intendendum est ista sensualia, et hoc nomine sensualitatis [illegible] ista sensualitas concludit in se [illegible] que sunt corporalia sensualia cognitivas et motivas, sicut arbitrii libertas non videbitur. Unde hoc est quod dictum est supra eadem distinctione quod sensualitas est quedam vis inferior ex qua est motus qui intenditur in corporis sensus atque appetitus rerum ad corpus pertinentium et in corporalibus de sua [illegible] accepta sensualia et motiva; generale et quando inferior portio rationis per peccatum multum carnis assentit, homo comparatus est iumentis et illis [illegible] ut ideo inferior portio rationis aliquando in scriptura nomine sensualitatis censetur propter nimiam conversionem sui ad sensualia, et per hoc patet ad [illegible]. Ad obiecta ad hoc quod queritur quare philosophi hoc nomine non utuntur, dicendum quod sensualitas non tantum nominat ipsam potentiam sensualem quantum ad cognitionem sed etiam ut habet quandam rebellionem que ex peccato orta est in homine, et quia non pervenerunt ad cognitionem originalis peccati neque lapsus hominis, ideo non utuntur hoc nomine sicut sacra scriptura.

XXV D.

Sciendum vero adiungitur videamus etc. Hic agit magister de libero arbitrio in comparatione ad alias potestates. Hic vero agit de libero arbitrio secundum se dividitur autem presens lectio in partes duas. In prima determinat quid sit liberum arbitrium secundum generalitatem; in secunda vero determinat de libertate arbitrii secundum differentes eius status in speciali, ibi: Expedit presentium esse etc. Prima pars habet partes duas. In prima magister ponit liberi arbitrii assignationem; in secunda ad predicte assignationis explanationem quandam removet dubitationem, ibi: Et quedam secundum predictam assignationem etc. Prima pars duas. In prima declarat quid sit liberum arbitrium; in secunda vero ex illa diffinitione elicit quod liberum arbitrium non est potentia nisi peccatorum sed futurorum et horum in quibus sed peccatorum contingunt, ibi: Hoc autem signum est quod liberum arbitrium etc. Similiter pars duas habet. In prima movet dubitationem; in secunda vero declarat, ibi: Sed autem accipi liberum arbitrium etc.

Ad intelligentiam huius partis incidit hic questio quid sit liberum arbitrium secundum rem. Et quoniam eius conditionis et nature cognitione malignando sententia et dictum ipsius ad voluntatem et rationem, ideo de ipso querendum est in comparatione ad rationem et voluntatem. Ad huius autem comparationis dilucidationem occurrunt vii. Contingit dubitare et queri. ¶ Primo enim queritur utrum liberum arbitrium sit in solis habentibus rationem et voluntatem. ¶ Secundo dato quod sit, queritur utrum sit potentia distincta contra rationem et voluntatem an non. ¶ Tertio dato quod non, queritur utrum complectatur illas duas potentias per modum potentie an per modum habitus. ¶ Quarto dato quod sic, queritur utrum complectatur illas potentias per modum potentie an per modum habitus. ¶ Quinto dato quod per modum habitus, queritur utrum habitus ille addat aliquid per essentiam rationi et voluntati. Sexto et ultimo queritur secundum quam illarum duarum potentiarum principaliter consistat libertas arbitrii, utrum videlicet secundum voluntatem an secundum rationem. ¶

Circa primum sic proceditur et queritur utrum liberum arbitrium sit in solis habentibus rationem, an etiam in aliis brutis. Et quod sit in aliis brutis videtur: illa potentia libera dicitur esse cuius est eligere bonum et fugere malum, sed hanc potentiam videmus esse in brutis, sicut patet in ove que fugit lupum et querit pascua. ¶ Item illa potentia libertatem habet que potentie est in oppositum, sed in brutis aliis est potentia ad faciendum et ad non faciendum, quia [illegible] benignitatem modo feritatem [illegible] et alia talia [illegible] arbitrii non sunt aliena. ¶ Item illa potentia est libera que est domina sui actus, hec autem est que potest se ipsam in suo actu refrenare et compescere; sed talis potentia reperitur in brutis animalibus, quod patet quia ab his que appetunt per disciplinam compescuntur, sicut planum est in animalibus domitis et domesticatis. Ergo etc. ¶ Item illa potentia libertatem habet immanentem cuius motus incipit a principio intrinseco. Hic enim motus est potentie propter [illegible] in modo; sed in animalibus brutis a principio intrinseco incipit, ergo etc. ¶ Item illa potentia libera est que precipue est ad quam prudenter non solum esse

Vt th [illegible] sit in solis brutis [illegible]
[illegible]

presentia. sed de hoc satis. sed talis est libertas animalibus sicut patet in formicis et aliis aliis animalibus irrationabilibus. quare etc. ¶ Item illa potentia magis participat libertatem que non potest redigi in servitutem quam que potest. sed homines in servitutem rediguntur. sed quedam sunt animalia bruta que nequaquam domari possunt sicut dracho-nes et leones. quare videtur quod talia magis habeant arbitrium liberta-tis. Sed contra liberum arbitrium sic diffinitur ab augustino. Liberum arbitrium est facul-tas rationis et voluntatis sicut habitum est de precedentibus. sed in nullo est facultas voluntatis nisi sit ratio. et hoc est in solis rationabilibus. ergo et liberum arbitrium. ¶ Item omne quod habet liberum arbitrium est laudabile et vituperabile. sed sola ratio-nalia sunt digna laude et vituperio pena et premio. quare etc. Item omne quod habet liberum arbitrium natum est consiliari et deliberare. hoc autem solius rationalis. quare etc. ¶ Item liberum arbitrium est nobilissimum quod sit in homine. quare si liberum arbitrium inveniretur in brutis nobilissimum quod est in homine reperiretur in eis. quare eque nobilia essent bruta animalia sicut et rationalia. quod si hoc est inconveniens patet etc. ¶ Solutio. dicendum quod absque dubio liberum arbitrium reperitur in solis hominibus rationabilibus et ideo hec sunt tantum experte libertatis. tum experte arbitrationis experte libertatis. libertas enim opponitur servituti. unde illa sola potentia dicitur esse libera que dominium habet plenum tam in obiectum quam in actus proprios. illa autem potentia dominium habet et libertatem in obiectum que non est artata ad aliquod genus appetibilis sed nata est omnia appetibilia appetere et omnia fugienda respuere tam autem sunt que sunt in appetitibus et quorum opposita sunt in fugiendis. videlicet bonum utile sensibile et delectabile et nomine boni ibi intelligo honestum. tum autem bonum conveniens et delectabile nata sunt appeti ab irrationabilibus bonum honestum a solis rationabilibus potest appeti et ideo in eis solum reperitur virtus que non est ad aliquod genus appetibilis artata ac per hoc habens libertatem in obiecto. In eis etiam solis reperitur potentia habens libertatem in actu proprio quod patet nam voluntas in rationabilibus non solum compescit manum exteriorem vel pedem sed etiam compescit se ipsam et refrenat incipiens odire frequenter quod prius diligebat. et hoc exemplum ipsius imperio et dominio. In brutis autem animalibus et si aliquid non sit reperire dominium in actus exteriores quia bene refrenant aliquando sicut patet in animalibus domesticis in tamen actus proprii interioris nullus appetitus dominium non est. unde si ad amandum non possit et non amare nisi approsetur aliquod rei amare arceant timore aliquo passionis inficiente et ideo dicit damascenus quod magis aguntur quam agant. at ipsa cum non possint actum proprium reprimere in actus proprii non habent libertatem nec in obiecto et ideo deficit in eis libertate liberum arbitrium non possit participare. Similiter et non experte arbitrationis arbitrium enim idem est quod iudicium ad cuius nutum cetere virtutes moventur et obediunt. Iudicare autem illud est ratio complenda est discernere inter iustum et iniustum et inter proprium et alienum. nulla autem potentia novit quid iustum et iniustum nisi illa sola que est princeps virtutis et nata est cognoscere summam veritatem atque etiam vere omnis iustitie. hec autem solum est ratio. sublimis que est ad ymaginem dei. quare patet unde potentia rationalis illa. In bruta discitur quod proprium et quod alienum non cognoscat se ipsam et actum suum proprium. sed nunquam aliqua potentia se ipsam cognoscat vel super se ipsam reflectitur que sit alligata materie. si quis autem potentia sit alligata ... sicut et cognitiva et sic corporalis patet solum rationalis. sola illa est que potest se ipsam reflecti et ideo ipsa sola est in qua est plenum iudicium et arbi-trium in discernendo quid iustum et iniustum quid proprium et quid alienum. tum igitur nomine libertatis quam nomine arbitrii liberum arbitrium in solis rationabi-libus reperitur et conceditur. Solutio que hoc concludunt. ¶ Ad rationes in oppositum plana est responsio per ista dicta. ¶ Ad primum quod prius obicitur quod bruta quandoque eligunt bonum a malo. dicendum quod illud est de bono conve-nienti et delectabili. sed non est illud de bono honesto in quo est proprie liberum arbitrium consistit. ¶ Ad secundum quod obicitur quod bruta possunt ad oppositum mo-veri patet responsio. quia non possunt movere tota appetitiva sed solum il-la que sunt in digniore liberum arbitrium. ¶ Ad tertium quod obicitur quod bruta dominantur actibus suis quia possunt se reprimere. dicendum quod non dominantur actibus suis interioribus sed dominantur exterioribus et sic non comparantur

Secundo quod iterum homo sit conditus fuit in gratuitis et naturalibus. et quod sic videtur per textum Ge. i. Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram sic exponit augustinus et habetur supra d. xvii. ymago est in naturalibus et similitudo in gratuitis. ergo si homo factus est ad ymaginem et similitudinem videtur adconditus fuit sic in naturalibus et gratuitis. Item ecc. xvii. deus de terra creavit hominem et postea secundum se vestivit illum virtute. ergo homo animam conditionem primaria fuit virtute vestitus et si hoc reddit id quod prius. Item adam fecit deus hominem in ingenere rectum virtuosum secundum sanctitudinem secundum iusticia. omni virtute decoratum omnibus donis ornatum ergo videtur quod homo in gratuitis fuit conditus. Item hoc videtur ratione deus fecit hominem perfectum quantum ad etatem et quantum ad conditionem ab exordio sue conditionis ergo pari ratione videtur quod fecit eum perfectum quantum ad naturalis beatitudinem. sed non beatitudo consistit in dono gratie. ergo videtur quod donum gratie habuit initio conditionis sue. Item ad hoc quod aliquis detur gratia requiritur divina liberalitas et recipientis ydoneitas. sed deus in primordio cum adam condidit liberalissimus erat et adam a sue conditionis primordio ad suscipiendam gratiam ydoneitatem habebat. ergo ab ipso conditionis primordio deus ei gratiam conferebat. Sed contra augustinus. dicit quod homo in sue conditionis primordio habuit unde posset stare. sed non unde posset proficere. Item magister supra d. xxiiii. poterat homo per liberum arbitrium quod erat resistere malo. sed non proficere bonum. sed si habuisset gratiam gratum facientem ab exordio creationis potuisset utique et non potuit proficere bonum patet etc. Item magis convenit gratie est gloria quam natura est gratia. sed in homine gratia precedit gloriam. ergo pari ratione immo multo fortiori natura precessit tempore donum gratie. Item per gratiam fit matrimonium inter deum et animam. sed lex matrimonii est ut non fiat absque mutuo consensu. ergo videtur quod nulli ad ultro gratia debeat dari nisi precedat consensus. sicut ergo adam prius fuit quam consentire posset ergo non simul habuit animam et gratiam. Item donum gratie infructuosum est nisi recognoscatur a deo. etc.

ante gloriam

ac per hoc in tempore ...

que

matrimonium

nec enim gratuitis creaturam reservare potuit nisi prima dono gratuitis exstat. Ergo sicut magister tenet, ratione gratuita quae cum naturalibus sunt addita, quamvis quod est additum quantum quod est naturale inditum et donum gratiae quae est gratuitum; ergo videtur quod non ab ipsa creatione sed post donum gratiae fuit homini collatum.

Responsio. Ad predictorum intellectum notandum est quod circa hoc duplex fuit opinio. Quidam namque dicere voluerunt quod homo fuit creatus non solum in naturalibus sed etiam in gratuitis, tum propter dei liberalitatem, tum propter hominis idoneitatem; sed quia sanctorum auctoritates videntur sonare contrarium, ideo est alia opinio communior et probabilior quod homo prius tempore habuit illa quam haberet gratuita. Unde secundum hanc opinionem in statu innocentie distinguuntur duo tempora, quoddam enim fuit tempus in quo habuit naturalia, quoddam vero in quo habuit naturalia et gratuita. Et secundum diversitatem huiusmodi duplicis temporis dissolvitur apparens contrarietas magistrorum, nam quidam videntur dicere quod homo habuit gratiam, quidam vero non, et utrique verum dicunt pro diversis temporibus. Ad obiectum autem quare deus noluit post tantum dare gratiam cum posset dare simul, sumitur explicatio ordinis videlicet ab ordine sapientie, bonitatis et iustitie. Ordo sapientie hoc requirebat ut sicut esse gratuitum est aliud a gratuitis quae esse, sic in diversis temporibus homini conferretur, et sicut etiam mundi prius tempore sunt creata et distincta quam ordinata; propter ordinem sapientie commendandum sic et fieret cum homine qui est minor mundus. Ordo etiam bonitatis hoc expetebat. Hoc enim ordine divina ad ordinandum in suum finem tunc gratiam homini ordinate datur quando datur ei secundum quod est utilior et fructuosior; tanto autem gratia divina est nobis utilior et fructuosior quanto per eam deo gratiosiores existimamus; et ideo sic debuit dari ut ex ipso ordine dandi cognosceretur donum dei esse gratuitum, et propterea non fuit a creatione inditum sed naturalibus iam perfectis et constitutis fuit superinfusa. Ordo etiam iustitie hoc requirebat. Deus enim secundum legem communem requirit aliquam preparationem et dispositionem aptitudinis ad hoc quod infundat aliquam gratiam sive eo [?] in adulto sive in alio adiuvante, secundum quod contingit in parvulo; et ideo gratuita non fuerunt homini concreata sed dilata fuerunt quousque homo per actum et usum rationis quodammodo se disponeret ad illa suscipienda, ut sic verificetur illud Augustini [?]: Qui creavit te sine te, non iustificabit te sine te. Propter ergo quod multiplex ordo hoc exigebat ut homo prius fieret in naturalibus quam in donis gratuitis ordinaretur, non concedende sunt rationes que hoc ostendunt.

Ad primum quod obicitur "Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem" etc., dicendum quod similitudo attenditur tam in gratuitis quam naturalibus datis, et ad quod dicitur deus fecisse hominem ad suam imaginem et similitudinem, non quia statim eum dedit imaginem et dedit similitudinem, sed quia alterum dedit, scilicet imaginem, et ad alterum habilem fecit, videlicet ad similitudinem, quam postmodum pro loco et tempore ei dedit. Unde quantum est ex vi verbi non potest concludi quod simul et semel fuit in homine imago dei et similitudo. Et per hoc patet responsio ad duas auctoritates sequentes etc., videlicet et Damasceni [?], quia sic intelliguntur: non quia deus statim ut hominem condidit virtute vestivit et ornavit, sed quia tunc dispositum fecit et in non longa post tempore explevit.

Ad aliud quod obicitur de perfectione etatis et cognitionis, dicendum quod non est simile, quia perfectio etatis et cognitionis non tantum elongatur a perfectione sicut perfectio gratie. Unde homo per primum [?] sibi inditum potuit pervenire ad perfectam etatem et perfectam cognitionem, sed nunquam per se potuit homo sublimari ad gratiam nisi deus infunderet mira sua benignitate.

Ad illud quod obicitur quod non erat idoneus etc., dicendum est probabiliter [?] quod deus maiorem idoneitatem expectabat, quam quidem competeret ordini sapientie et bonitatis et iustitie sicut prius ostensum est; quod ideo non statim gratiam dedit sed distulit, propter quod deus sic operatur liberaliter ut tamen sua liberalitas non excludat sapientiam nec iustitiam.

Consequenter queritur ad tertium articulum de quanta gratia primus homo habuit. Et primo est quod de quantitate gratie primi hominis quantum ad donorum multitudinem. Secundo vero quantum ad donorum magnitudinem.

Circa primum sic proceditur, et quod tot habuit virtutes ante lapsum quot habet post lapsum, et quod sic videtur: primo per Bedam [?] dicentem quod deus fecit hominem omni virtute decoratum et omnibus bonis ornatum; ergo non videtur quod aliqua virtus virtutis que sit in nobis deerit ei. Item ex parte cognitionis non cognoscimus plura quam Adam cognovit nec plures habemus in nobis scientias; ergo pari ratione ex parte affectionis non videtur quod plures in nobis habeamus virtutes virtutum quam habuit primus homo. Item connexio est in virtutibus sicut sancti dicunt et suo loco ostendetur in tertio; ergo si Adam habuit aliquam virtutem necesse fuit quod omnes haberet; ergo habuit tot quot nos habemus. Item aut aliquam virtutem habemus quam non habuit Adam aut non. Si non, ergo tot virtutes habuit quot nos habemus. Si sic, aut ergo illius virtutis fuit Adam capax aut non. Si non, ergo videtur quod per peccatum creverit in nobis boni capacitas, quod absurdum est dicere; si sic, cum deus dederit gratiam Ade secundum capacitatem suam, videtur quod omnem virtutem quam nobis confert post lapsum et ipsi Ade contulerit ante lapsum. Sed contra: virtus fortitudinis consistit in perpessione tribulationum, sed in Adam in statu innocentie non poterat esse talis perpessio; ergo nec fortitudo. Item temperantia consistit in cohibendo superfluis carnis passionibus, sed tales non poterant reperiri in tali institutione [?]; ergo nec temperantia. Item penitentia consistit in detestatione malorum perpetratorum, sed tamen non contingebat in statu innocentie de malis commissis dolere; ergo tunc non poterat esse in homine virtus penitentie. Item qui habet donum perseverantie non cadit a iustitia; Adam a iustitia cecidit; ergo perseverantiam non habuit, hanc autem multi habent in statu nature lapse; ergo non omnes virtutes que nunc sunt fuerunt in statu innocentie.

Responsio. Dicendum quod cum sit comparatio multitudinis donorum gratie ad statum nature lapse et statum nature institute, hoc potest intelligi vel de donis gratie gratis datis vel de donis gratie gratum facientis. Si intelligatur de donis gratie gratis datis, habuit Adam in statu illo, utpote immortalitatem et impassibilitatem, que non habent aliqui posteri eius, et aliqua dona gratie gratis date habent posteri sui que ipse non habuit, sicut gratiam sanitatum et operationem virtutum et genera linguarum et similia. Ratio autem huius diversitatis venit ex hoc quod alia dona expediebant in tempore illo et alia competunt isti. Si autem loquamur de donis gratie gratum facientis, sic quia ista dona connexionem habent quantum ad habitus et quantum ad actus qui perfectiores sunt, sic concedendum est quod in equali multitudine fuerunt in primo homine in qua reperiuntur in eius posteritate. Hoc dico quantum ad habitus et quantum ad actus qui perfectionis est, sicut rationes ad primam partem inducte ostendunt. Quantum vero ad actus qui habent imperfectionem annexam, non contingebat virtutes secundum statum illum in Adam poni, et per hoc patet responsio ad ea que obiciuntur, quorum unum de fortitudine, aliud de temperantia et tertium de penitentia, quia omnia procedunt secundum actus habentes imperfectionem aliquam annexam, que quidem imperfectio non competit actibus virtutibus secundum omnem statum sed solum secundum statum presentis miserie. Ad primum autem quod obicitur de perseverantia, dicendum quod perseverantia

Utrum habuit tot virtutes ante lapsum quot habuit post lapsum

uno modo dicitur proponi perseverandi in bono. et hoc modo
est virtus ut dicunt omnes virtutes inseparabiles. Alio modo
perseverantia est continuatio in bono usque in finem. et sic
non dicit habitum, sed potius dicit statum. et istam primus homo non
habuit. ex hoc tamen non sequitur quod aliqua virtute caruerit
pro eo tempore quo in gratia permansit. Siquis autem querat
cum non habuerit virtutes in patria nec que in perfectorum habitum
... in actibus suis secundum statum nature lapse. dicendum quod
actus illi in statu innocentie plurimi conformes erant ac
tibus quos ... virtutes sunt habitus. et alii autem
sunt illi de quibus magister ... d. xxxiii. ubi
suo loco determinabuntur dante deo.

Secundo queritur utrum dona gratuita fuerint eque magne
efficacie ad merendum ante lapsum sicut fuerunt post
lapsum. et quod fuerint maioris efficacie tunc quam
nunc videtur quanto perfectior est dilectio. et quanto maior
est dilectio tanto opus nostrum est deo acceptabilius.
probatur per illud quod quantum cognoscis tantum diligis. sed quia in
adam secundum statum innocentie clarior fuit cognitio
videtur quod caritas ad merendum fuit efficacior. Item
albius est quod est nigro impermixtum. ergo magis et minus
... de ... sed omnia merita nostra que
... permixta sunt culpe. ... ysa. lxiiii. omnis
iustitie nostre sicut pannus menstruate. sed quia in adam secundum
statum innocentie merita non fuissent impermixta
culpe videtur quod secundum statum illum dona gratuita erant
multo maioris efficacie. Item virtutum est circa
... ut ii. ar. quanto igitur ... magis ... obed.
tanto ... efficacior in actu suo erit. sed tunc natura
magis erat obediens quam nunc cum est corrupta.
ergo tunc dona gratuita erant ad merendum efficaciora.

Contra. amor invisibilium et sollicitudo ... impedit
hominem ne iungatur deo perfecte. sed igitur in statu paradiso
nulla vigebat in hoc corpore videtur quod deo per
fectius et ... adherebat et ita magis ad merendum
dispositus erat. Sed contra. ii. thi. ii. non coronabitur
nisi qui legitime certaverit. sed magis impugnatur homo
in statu nature lapse quam secundum nature institutionem. ergo si
has pugnas vincat gloriosius triumphat. et si glorio
sius triumphat maiorem meretur coronam. ergo etc.

Item philosophus dicit quod ars et virtus est circa difficilia. ergo
si hoc ... verum est quanto actus virtutis difficili
or est tanto virtuosior. et quanto virtuosior tanto
ad merendum efficacior. sed ergo maior est difficultas
in perficiendis divinis mandatis nunc quam esset in statu na
ture institute. videtur quod maior sit merendi efficacia. Item
si homo stetisset aut christus non esset incarnatus aut si
esset incarnatus nunquam esset passus. sed christus sua pas
sione non sibi meruit. sed nobis et tamen merita nostra quod
... efficaciam habent a passione et eius fide ...
... deo placere possunt hoc fuit
deo acceptissimum quod christus se obtulit hostiam deo
et patri et in simul efficaciam merita nostra et illam
efficaciam non habuissent merita in statu nature institute.
ergo videtur quod non erant efficaciora. Item natura non deficit
in necessariis. ut dicit philosophus si hoc est verum in natura creata mul
to magis verum est in natura increata. et sic divina providentia
non deficiet hominibus de quibus maior cura est ei ...
... nec deficit hominibus. sed natura humana magis indiget
adiuvari quam indiget ante lapsum. ergo videtur quod nunc
... homini deus fortius et efficacius ad merendum. sed
ergo efficacia meritorum attenditur secundum magnitudinem caritatis
et ergo videtur quod nunc dona gratuita in merendo sint maio

ris efficacie. Responsio. dicendum quod efficacia meriti pensatur
ex tribus videlicet ex difficultate operis multum
facientis ad meritum. et a deo facit ut homo qui est multo
magis minoris caritatis quam angelus possit mereri premi
um ad ... angelicam. secundum quod colligitur ex illo quod
dicit glossa. mt. de johanne baptista quia minor est in regno
celorum maior est eo. non enim est dubitandum quin jo. sit
exaltatus ad ordines excellentium angelorum et tamen sanc
tum nunc minoris caritatis erat quam alii eorum. ...
primum facit. si novitas ... est secundum id quod ... accep
ta est ad nutum quantumcunque ... sit in hoc ergo nisi sit
novitas ... nunquam elicietur opera minora.
et quanto magis novitas ... tanto magis
homo ... operibus minoris efficitur magnitudo caritatis ...
... est quod facit ad meritum. quia sicut illius quantitas at
tenditur ... pondus. nam amoris
est quod dat valorem operibus minoris. Si ergo fiat compar
atio efficacie merendi in donis gratuitis secundum statum post
lapsum et secundum statum ante lapsum respondendum potest quod quantum ad
primam conditionem videlicet quantum ad difficultatem effi
caciores sunt virtutes nunc quam tunc fuerunt. nunc enim magis in
pugnantur et impugnando probantur et examinantur ... quam tunc
... et sic procedunt rationes ostendentes
dona gratuita ad merendum esse nunc efficaciora. Quantum autem
ad secundam conditionem, scilicet quantum ad ... novitatis efficaciores
fuissent virtutes in merendo tunc quam nunc pro eo quod novitas tunc
... continue fuisset in bonis operibus deo placentibus sine
retardatione nunc autem sit ex lassitudine sive ...
... cessat ... bonis operibus et intendit aliquando
rebus ... difficultatem ad
bonum ... ad malum. et quantum ad hanc conditionem
procedunt rationes probantes quod dona gratuita in statu nature insti
tute fuissent ad merendum efficaciora. et propter hoc potest responderi
ad utramque partem procedendo. Nam secundum diversas vias ...
se habent dona gratuita in merendo sic excedentia et ex
cessa et reperitur in eis secundum diversas conditiones maior
et minor efficacia. et sic nulla est inter rationes illas re
pugnantia utraque concludit secundum diversam viam. Si
autem queratur ultra de maiori efficacie quantum ad terciam con
ditionem tunc respondendum est quod aut fit comparatio personarum ... ad
... aut status ad statum. Si ... dicendum est
quod ... sicut excedentia et excessa. satis enim pro
babile credi potest quod aliqui sunt qui habent maiorem gratiam
angelis qui fuissent in statu innocentie si adam stetisset.
alii vero minorem angelis sicut dici consuevit cum comparatur
status legis scripte ad statum legis ewangelice. Si autem
comparetur generaliter status ad statum tunc non videtur usquequa
que in quo statu deus homines magis munierit caritatis et gratie
tribuisset pro eo quod secundum diversas ... reperitur
maior et minor ... in hac ... et quod
... magnitudo ... distribuit ... attenditur secundum diversas
conditiones reperitur maior et minor ... distribu
entes ... cognitionem ... hoc autem potest probabilior
videtur et magis ... ut dicamus quod ... maio
ra munera gratie largitus est homini lapso quam dedisset
homini si in statu innocentie permansisset. tum quia homo ma
iori adiutorio gratie indiget tum quia decet deum de
malo maius bonum elicere. quia sicut illud bonum quod ad
merendo nocet. tum quia mediatorem et intercessorem pro
nobis ... quem decet exaudiri in omnibus pro sua
reverentia. unde cum appareat vultui dei semper ad interpella
dum pro nobis in ara crucis oblatus fuit et cotidie offe
ratur valde probabile videtur quod maius munus gratie tribuatur

vtrum dona gratuita fuerint eque magne efficacie
ante lapsum sicut post lapsum

nobis quoniam si ipse non fuisset incarnatus pro nobis oblatus et hec expresse ut invenitur Jo. vii. cum dicit quod spiritus non dum erat datus quia ihesus non dum erat glorificatus. unde cum ascendit in altum tunc dedit dona hominibus. ex hac quadruplici ratione quarum una est in commendatione misericordie et secunda in commendatione sapientie et tertia in commendatione divine iustitie satis probabiliter colligitur quod non est magis efficacia dona gratuita adveniendi quam incarnatum invenientie non solum ratione difficultatis. una in ratione gratie et carnalis quamvis non absurde dici possit quod maior efficacia inveniendo erat ratione quarum non ratione prime ... et hac via procedunt rationes que ad primam partem inducunt sicut patet intuenti. alie autem non cogunt. Ad illud quod primo obicitur quod maior erat in dilectione quia maior cognitio. dicendum quod verum est de dilectione simpliciter que tenet se ex parte potentie concupiscibilis. sed non est verum de dilectione simpliciter que se tenet ex parte gratie et anime elevantis. et si obiciatur quod utraque commensuratur cognitioni. dicendum quod illud non est verum de omni cognitione sed de cognitione experimentali. hanc autem non magis viguit in primo parente quam in viris sanctis qui fuerunt et sunt in statu nature lapse. Ad illud quod obicitur quod in intuitu magis magna erat in experimentu de divino in statu innocentie. dicendum quod hoc venit ex hoc quod naturalis non est ita perita propter gratuitas carnis commune et proprium corporis contemptum et ideo illa procedit ex parte primi tantum naturalis. et due rationes sequentes.

Ista parte ulta sunt dubitationes circa litteram. Primo queritur de hoc quod dicit dicens. adam non tunc habuisse virtutes quando peccavit. videtur enim dicere falsum. quia si non habuit eas quando peccavit ergo ante amisit eas quam peccaret sed virtutes non possunt amitti sine peccato ergo antequam peccavit. Iuxta hoc queritur utrum ille quando peccavit erat sapiens et stultus. si non peccabat. si stultus ergo non videtur stultitia esse pena peccati. Responsio. dicendum quod tempus amissionis peccati ade potest duppliciter designari aut secundum inchoationem aut secundum consummationem. utroque modorum utrorum est magna in virtute et in termino differentie. Si enim intelligatur de initio ut sit sensus non habuit virtutes quando peccavit. i. quando peccare inchoavit dicendum est quod sine istud intelligitur quod non habuit virtutes quantum ad usum. sed habebat virtutes quantum ad habitum. Unde in peccati sui inchoatione quodam virtutes habuit quodam virtute caruit. habuit secundum habitum sed caruit secundum usum. si autem intelligatur de tempore consummationis peccati sic cum consummato peccati fuit in instanti et simul sit peccatum consummari et esse sic in peccatis sine virtutibus non solum propter hoc quod adam tunc non habuit virtutes quantum ad usum tantum in quantum ad habitum. si enim tunc habuit peccatum constat quod non habuit virtutis habitum. sicut enim in peccato sit consummari et assumatum esse. sic et in habitu virtutis simul est amitti et amissum esse. et si amissus non habitu planum est igitur quod quando peccavit virtutes non habuit nec tamen ex hoc sequitur quod non amiserit. amittere enim in hiis que subito amittuntur non potest habere in actu sed habuisse de preterito et non habere de presenti hoc autem melius manifestatur in quarto in tractatu de iustificatione impii. et per hec patent illa duo que obiecta sunt. Item queritur de hoc quod dicitur nec forte mittat manum suam et sumat de ligno vite et cetera. Si enim hoc verum esset iam sequeretur quod ex quo peccato in incidisset in necessitatem moriendi quod est contra textum in quacumque die comederis morte morieris. Item lignum vite quod ex parte est in medio paradisi et cetera. sed istud lignum potius obesset quam prodesset ut quia indigne sumitur. quod videtur quod si adam comedisset de illo ligno post nocuisset quia presumpsisset. quod non invenitur in textu. Responsio. dicendum quod id videtur id est videtur dominus loquentis ad angelos. vel littera supplenda est sic. ne quo supple videtur ne mittat manum suam et cetera. hoc autem dicit dominus non quod ad vitam eternam viveret. si post peccatum de illo ligno comederet sed quia longiori vixisset tempore. vel videtur illud potest intelligi fuisse videtur hominis quia deus nolebat ipsum diu vivere in calamitate presentis vite magis renovatus erat intuitu culpe sue ut potest esse verbum rigoris iusticie ut quia adam gustando cibum ligni vetiti se indignum reddidit ad percipiendum effectum ligni vite ideo deus in illo promisso in quo est sententia quod cum iudicat de adam duplici bono privare. videlicet ligni esu et ligni effectu. non quia post peccatum possit ad vitam effectu pervenire. sed quia intuitu peccati utrumque meruit amittere. et sic patent illa que obiecta sunt. Verum quod obicitur de sacramento altaris non est simile. quia istius sacramenti est efficacia spiritualis et ei debetur reverentia singularis ratione sue dignitatis et excellentie nullum autem horum reperitur in eo quod manducat et bibit indigne non sic autem erat de illo ligno vite. Item queritur de hoc quod dicit quod misit eum deus de paradiso voluptatis in locum sibi congruum. videtur enim quod hoc non debuit deus facere. cum enim deus sit maioris misericordie quam sit homo et nos inde in peccatores sustinemus in ecclesia que est paradisus quodam non videtur quod deus debuisset eum eicere. sed potius longanimiter ad penitentiam expectare. Item quero quare dicit mundum istum fuisse sibi locum congruum. aut enim erat deteriorat ante non. si non erat deterioratus non videtur quod esset minus sibi congrua propter culpam si deterioratus erat videtur quod magis debuisset deteriorari locus ille in quo peccavit quam ille in quo non peccavit. quam ille in quo non peccaverat. Iuxta hoc queritur de quo seruat ille locus hominum quia iam non venit et post diem iudicii servatur. quod videtur quod frustra factus sit locus ille. Responsio. dicendum quod deus hominem de paradiso eiecit equo iudicio. ita quod sibi fuit et misericordia et iustitia nam que fuit quia sicut angelus de paradiso eiectus est quia peccaverat et se indignum illo loco reddiderat. sic et homo de amenitate paradisi eici debuit misericordia in eo fuit ut homo in loco maioris calamitatis existens et sciens se extra paradisum relegatum esse quasi exulem in hoc mundo se ipsum reputaret presentem vitam contempnendo ad bona invisibilia assurgeret et illa desideraret et sic ad illa perveniret. si enim temporalia amaret in periculo ne spiritualia apprehenderet et si non amat corruptionem corporis quando est in hac valle miserie quanto magis et amaret si esset in illo paradisi amenitate postquam morbo corporis corruptus esset tanta enim ex parte adherentia gerit temporalibus in hec ut magis eternam redderet. et ideo cum eo actum est misericorditer et iuste. et per hoc patent dubitationes premisse. patet enim quod non est simile de paradiso et cetera. patet etiam quod locus iste magis est congruus statui miserie et si magis deterioratus esset postremo patet quod locus ille frustra non est multum enim facit ad nostram eruditionem et cetera non nobis probatur requirende saluti maxima consistit summa et perfecto totius humane utilitatis. Item queritur de hoc quod dicit quod lignum illud non conferebat immortalitatem nisi sepe de illo sumeretur. hoc enim videtur esse falsum. quia immortalitas perfecta ponit hominem extra statum animalitatis. sed frequens comestio ponit hominem in statu animalitatis. quod per frequentem usum ligni non perduceretur ad perfectam immortalitatem. Item frequentatio alicuius rei non variat effectum secundum speciem sed solum non confirmat. ut videtur quod si unica

comestio post statum animalitatis, quia per frequentem usum ligni non perduceret ad perfectam immortalitatem. Item frequentatio alicuius rei non variat effectum secundum speciem sed solum confirmat vel intendit; ergo si unica commestio non potuit facere immortalitatem, nec plures, ratione qua nec frequentatio. Dicendum quod magister hic dubie loquitur nec sine causa. Utrumque enim potest sustineri: primum satis probabiliter, et quod lignum vite unica comestione conferret immortalitatem; nec huic obviat quod dominus preceperat Ade quod de omni ligno paradisi comederet. Preceptum enim affirmativum non obligat ad semper sed pro loco et tempore. Primum est intelligendum quod non conferret illum effectum unica comestione sed pluribus; et hoc quia lignum vite non conferebat immortalitatem sicut causa principaliter effectiva, sed sicut dispositiva; et quoniam ad modum medicine, immediate quia frequentatio disponit ad salutem, ad quam non sufficit dispositio semel sumpta. Sic in proposito intelligendum. Ex quibus patent que obiecta sunt: procedunt enim ac si lignum vite esset principaliter effectivum immortalitatis; de effectu autem istius ligni plenius dictum est supra. Hec autem dicta sufficiant.

XXX d.

Ex superioribus insinuatur etc. Postquam in ista [illegible] magister de hominis lapsu, divisa fuit in tres partes. [illegible] determinans corruptionis in qua incurrit nam in natura et in natura personam. Incurrit vero persona corruptionem triplicem: prima quidem consistit in peccato primi parentis, secunda in peccato originali et tertia in peccato actuali, propter quod pro parte tertia aggreditur hic magister. Ista pars dividitur autem, postquam ista in partes vi: in prima determinat quid sit originale peccatum, in secunda vero qualiter traducatur, supra distinctione xxxi: Nunc superest investigare etc. Tertia vero qualiter deleatur, supra distinctione xxxii. Quoniam supra dictum est originale peccatum esse in animam etc. In quarta vero determinat utrum peccatum originale multiplicetur et intendatur per peccata priorum parentum, distinctione xxxiii: Preterea addiciendum est etc. Prima pars que continet presentem distinctionem dividitur in partes tres: in prima parte premittit magister [illegible] potius penalem quam originalem: Nunc inquirendum est quid sit etc. Tertia determinat quamdam incidentem dubitationem de veritate humane nature: De hoc autem quod diximus in Adam fuisse etc. Prima parte remanente indivisa, media pars dividitur in tres: in prima inquirit utrum originale peccatum sit; et dato quod sit, inquirit utrum sit pena, illo diligenter investigando quid sit etc. Tertia querit utrum sit concupiscentia vel alia culpa: Nunc superest quid sit unde peccatum etc. Hac autem partium subdivisiones in littera plane sunt.

Ad intelligentiam huius partis secundum quam determinat magister in littera incidit hic questio circa tria. Primo namque de originalis peccati entitate. Secundo de quiditate. Tertio vero et ultimo de veritate humane nature. Circa primum articulum querentur duo. Primo utrum corruptio que est in natura humana insit ei ex parte sue conditionis vel ex merito transgressionis. Secundo dato quod merito transgressionis, est quod utrum propter peccatum Ade humana natura sit corrupta penaliter tantum an etiam penaliter et culpabiliter.

Circa primum sic proceditur, et quod videtur corruptio quam videmus in humana natura insit ei ex sue conditionis primordio, non ex peccati merito; et quod non insit ex sue conditionis primordio sed ex peccati merito videtur tam ex ordine divine iustitie quam ex ordine sapientie quam etiam ex ordine bonitatis divine. Et exempla: ordo in causis est per iustitiam sit remunerationum ordinatio et meritorum. Per sapientiam vero ordinatio partium ad se invicem; per bonitatem vero ordinatio rerum in suum finem. Ex parte divine iustitie arguitur sic: nullum affligit pena nisi precedat culpa; sed non fit hic passio involuntaria in aliqua creatura propter penam; talis passio fuit in homine antequam peccasset, ergo culpa. Ergo talis corruptio non fuit in humana natura a primordio sue conditionis sed ex merito transgressionis. Item a summa iustitie equitate nulla procedit iniquitas et obliquitas; sed humana natura non solum corrupta est corruptione penalitatis, verum etiam corruptione culpabilitatis, quia inde homines ex corruptione sibi indita inclinantur ad malum; ergo numquam a divina iustitia processit quod humana natura sit corrupta in suo primordio; ergo si corrupta est, hoc est solum peccati merito.

Ex ordine autem sapientie arguitur sic: ubicumque est summa sapientia, est summa pulcritudo, sicut ex Augustino in libro de Trinitate vi: ars patris appropriatur filio; sed a summa pulcritudine processit fedum et turpe, quod videlicet offendat aspectum; sed in homine ratione utente sunt aliquae passiones communes ex quibus rationabiliter erubescit; ergo talis passio numquam fuit in homine a sua prima origine, et fuit sic ex merito transgressionis. Item deum esse summe sapientem intelligitur summa veritas et summa equitas; sed a summa equitas nulla debet procedere improportionabilitas; sed duratio et continuatio penalitatis status miserie est improportionalis anime que est eius forma, quia hic est temporale, illud perpetuum; ergo numquam humana natura sic producta fuit in suo primordio a summa sapientia; ergo quod in hoc cecidit, ex propria culpa.

Ex ordine divine bonitatis arguitur sic: a summa bonitate nichil procedit quod sit magis propinquum ad malum quam ad bonum, cum in nullo sapiat se ipsum summa bonitas; sed sensus et cogitationes hominum prona sunt in malum ab adolescentia sua, et quod dicit sacra scriptura, quia nulla corruptio nequaquam est; non fuit humana natura a summa bonitate producta. Item nichil quod procedit a summa bonitate est dignum maledictione; sed multe sunt passiones in nobis maledictione digne, propter quas timiores quam Ieremias maledixit diei sue in qua natus est, et in lege maledicebantur steriles mulieres; ergo non videtur quod humana natura in ea corruptione qua nunc est certa sit a summa bonitate, immo quia in hanc corruptionem et statum devenit merito culpe. Cum hic sit contra ordinem bonitatis, sapientie et iustitie, quos ordines inconcussum est deum ad facere.

Sed contra per obiectum: quod hoc non repugnat ordini divine iustitie, quoniam est maioris innocentie, hoc quod sit ovis vel agnus quam ovis; innocentia vero quia corrupti laboris producta fuit ad hoc itaque in nullo ex hoc derogat divine iustitie quod pro ratione videtur quod si tale produxisset hominem qualis nunc est, non videtur in aliquo derogari eidem. Item quod non repugnet ordini sapientie videtur idem esse [illegible] quod deus potuit hominem de terra producere et aliam a [illegible] [illegible] et hoc non repugnat pulcritudini divine exemplaris, quia ex mundi elementis composita sunt corruptibilia et faciunt ad ordinem universi, sicut in pluribus locis ostenditur. Augustinus non videtur esse contra ordinem sapientie, si deus homini easdem proprietates et possibilitates animalitatis indidit hominibus quas et dedit aliis animalibus. Item quod non sit contra ordinem divine bonitatis videtur: non ad summam bonitatem spectat dare unicuique inclinationem competentem sue nature; sed sicut anima rationalis delectari habet in bono simpliciter, ita et sensitiva in bono utili; nunc et sicut terra habet quiescere deorsum, ita et ignis sursum; sic quod deus dedit omnibus proprias inclinationes, quia in prima natura hominis constitutione erat diversitas appetituum in sensualitate et ratione; erat in hoc appetitus diversus in elementis corpus constituentibus; sic quod diversitas predictarum inclinationum facit rebellionem et diversitas sensitive inclinationis inducit temptationem; videtur quod si est hoc modo conditus esset, in nullo derogaret ordini bonitatis divine. Item quod talis homo fuit conditus videtur posse persuaderi ex ratione sumpta ex principiis naturalis philosophie. Dicitur enim sic homo minor mundus, propter quem omnia facta sunt; debet habere non solum conformitatem ad mundum maiorem, qui propter ipsum factus est, a sua prima natura conditione; sed ita videmus in maiori mundo quod inferiores orbes contrario motu moventur orbibus superioribus; et quod dicunt philosophi non velle quia pro ratione videtur quod in homine propter naturam potentia sensitiva movetur contra iudicium rationis; sed hec corruptio que in nobis est maxime inordinata, sic quod hec est a prima conditione videtur, et omnis alia. Item hoc videtur alia ratione sumpta ex principiis moralis philosophie. Dicit enim moralis philosophus quod virtus est difficillimorum operativa, nec est aliqua virtutis laus ubi nulla est difficultas

iuste
vel aliud

utrum corruptio que est in natura humana insit ei ex parte sue conditionis vel ex merito sue transgressionis

sigo ho fuit cōditꝰ ad uirtutē dispositꝰ mīº qꝫ alius ꝑ cōdi
tōne huius difficultatē faciendi bonū ⁊ uitandi malum ⁊
uitali fuisset dispositꝰ qꝫ omnis uirtꝰ hēre posset ī eo suū
usum g[] mīº cātꝰ fuisse cum hīs ⁊ oppositis. Itē h[] uir
tōne sumpta ꝑ pīn theo dicit .n. ꝑ septām spēs qua
ꝑueniendi ad glām et sublimitatē ē ꝑ ignominiā ⁊ humilita
tē ita ꝑueniendi ad coronā ē ꝑ temptatōnē ⁊ pugnā ita
ꝑueniendi ad quietē ⁊ tranquillitatē ē ꝑ labores ⁊ tribulatōes
sigi h debuit sic fi· qd cēt dispositꝰ ꝑueniādi ad gliam ⁊
uictoriam ⁊ pacē ⁊ ꝑfectam uitā qꝫ humana nā impenalita
tibꝫ ⁊ corrupcōibꝫ in qbꝫ nunc ē a sue cōditōnis primordio
fuit constituta. Ad oppositum abꝫ dubio natura humana ī
has temptaciones deiecta ē merito ꝑ ꝑuaricatōis nō instituta
a primordio sue conditōis hoc .n. fidei ueritas ꝑdicat sacre
scripture auctoritas confirmat rōnis ꝑbabilitas manifestat fides
h clamat et dicit filium di passum esse ut nos a morte eri
peret mgr nos ꝑmuistens sac scripture affirmat q Gen. dicit
.ij. Qualiter hō ꝑ culpam inobediencie penam mortalita
tis meruit. rō autem h manifestat sicut ꝑ inoppinando most
tum ē tam ex ordine qui respicit diuinā iusticiā qm ex ordine
qui respicit diuinā sapientiam qm ē ordine qui respicit bo
nitatē summā Attendendū est tn qꝫ rō innquirendo dup
pt ꝑcedere aut ꝑut e ad uitiatio fidei et sic procedit aspi
ciendo ad causas superiores aut ꝑut iudicio ꝑpo relicta ē ⁊ sic
procedit inspiciendo ad nāl et causas inferiores ad quartum
.n. sciam ꝑuiam sns et experiencie p modo rocinant docto
res catholici et fideles circa que sunt ꝑ hunc modū rocina
nandi inuentum ē cōsonū roni qd de in tanta miseria ⁊ cala
mitate nunc ē h genus humanū a ꝑn nō fecit imo dicere cū magis im
pietatis uidē esse pio ⁊ sane sentienti. Sed modo rocinando
processerunt phi qui nō aspexerunt in hōis conditōe suū pn le
actore h aspexerunt pn ꝑpn et opones qs hnt ꝑ uirtute
ne et ꝑ hunc modū rō ꝑs discordat ueritati catholice qm concor
det ⁊ h ē rō qr phi qui fuint causa ueritatis indigatores
nō ꝑuenerunt ad lapsū humane cōditōni qꝫ eis uidebatur
esse ualde rōnale hominē fuisse sic esse conditū cum tn catholicis
doctoribꝫ nō solum fide h ē rōnum euidenciam· cardi
nali ei omnium apparet esse uerū Unde ⁊ rōnes q h ostendunt
concedende sunt. Ad ꝑm g qd primo obicit qd de ferit
anē passi le que tn non peccauit dd qd nō ē simile de hoīe ⁊
de oue hō .n. qui rōnis particeps ē capax ē similitudis ⁊ ita
et ꝑ oppositum culpe et misie unde sicut in homine obli
gari culpa ē sic ⁊ pena pati ē in oue autem neutrum contingit
reperire io passitas ouis nich ad ordinē nec ꝑ ordinē di
uine iusticie. ē ē considerare meritorum exigenciam nō sic
autem ē de passione in natura humana. Ad ꝑm qꝫ obicit qꝫ
idem est anima et alia gnā alium facit corp ad dd qꝫ nō ē simile pro eo qd
alia ad hominē nō hnt formā cōplexionalā ꝑ corpore in so
lo autem homine anima ē minoris ꝑnam sicut ostensum
fuit sꝫ ⁊ io mortalitas in aliis alibꝫ nō ponit aliquam ꝑponē
petitōnē ꝑfecti ad suam ꝑfectōnē sic ponit in homine
ac ꝑ h nec ita repugnat mortalitas ī aliis animalibꝫ ordi
ni quē sapiā statuit ī re cōditōne sicut mortalitas repta ī hoīe
Ad ꝑm qꝫ obicit qꝫ summe bonitatis ē dare unicuiqꝫ suam inclina
natōm dicendū qd hoc uerū ē salvo ordine qui attendi it
res ꝑ qꝫ ꝑparant ad inuicē qm bonitas nō ꝑiudicat sapie
et qꝫ ꝑ ordinē ñ cōl dꝫ esse subiectum aīe et sensibilitas dꝫ
esse rōni sic debuit dare inclinatōm tam corporei qm sensi
alitati taliter qd in nullo ꝑiudicaret rectitudi rōnis et hic
ē qd ⁊ si sensualitas bonum ut nunc appetet nulla erit
rebellio ī ꝑo homine qꝫ tn appetebat sicut rō dictabat nūc

autem ē rebellio qꝫ ꝑt iudicium rōnis sequitur appetitꝰ ꝑp h
u bitales esse sumus ⁊ iumentibꝫ ī sapientibꝫ comparati cū
tn hō in primordio conditꝰ fuit in honore ⁊ dignitate
rōnis et ꝑ h manifē ē ut ad sequens obm qꝫ obicit de diu
sitate motuum orbium celestium ⁊ si .n. uideat ī cē ꝫ
rietas nō tn ibi ē contrarietas· immo ordinatio ut ea pro eo qꝫ
spā superior semp mouet inferiorē ⁊ nunquam inferior superiorē
nunc autem nō ē in nobis sic. pro quod uidem aliam legē
in mēbris meis repugnantē legi mentis mee ⁊ captiuātē
nos in seruitute pcti. Ad ꝑm quod obicit quod uirtus ē diffi
ciliumum operatiua dicendū qd quedā ē difficultas q uenit
ex genere operis quatamū que uenit ex defectu operantis pma diffi
cultas ē de essencia uirtutis uirtus .n. requirit uirtus esse
magis consistit ⁊ ardua hec autem difficultas in ꝑo fuit sic· hō
n· ita ꝑfecte deo obediuisset ita deo ꝑfecte adhesisset sicut ꝑ
fectio uirtutis ē obediencie ⁊ amicicie h requirit ⁊ sic de aliis
uirtutibꝫ ē talia difficultas que uenit ex defectu operantis
et ista quidē nō ē de esse uirtutis immo accidit uirtuti
ꝑ qꝫ rō uirtꝰ ē ad hoc qd hō esset uirtuosus nō oportuit
huiusmodi difficultatē reperire in homine in primordio ⁊ qꝫ id
sic ueritatem h planum ē quanto .n. aliquis magis ꝑficitur in uirtute
tanto magis operatur ē minori difficultate ex parte sua· sig
hec difficultas esset de uirtutis esse ꝑ qꝫ hō ꝑficeret minuerer
tur uirtutis excellencia· qꝫ falsum esse nemo dubitat
Ad ꝑm qꝫ obicit de uia ꝑueniendi ad salutē ꝑ sacre scrip
ture ministerium dicendū qꝫ scriptura sacra talis ē homini
lapso ⁊ conmunita fuit ꝑ qꝫ ꝑ ducit ad patriam ꝑ qd compe
tit statui ꝑsentis io ex huius nō pt argui qꝫ talis debuit
hō ꝑ ut ꝑ hanc uiam deueniret talis .n. in se sunt uel
de aspre si autem hō nō peccasset nō cum omni asperitate h cū
omni leuitate ꝑuenisset ad suum finē ⁊ ē simile qꝫ sanitas
consuat ꝑ bona cibaria ⁊ suauia· sꝫ nō recuperat nisi ꝑ
potiones amaras.

Sed quo utrum merito ꝑ transgressionis humana natura
fuit corrupta penaliter tm an etiam culpabiliter corrupta sit
uidetur quod sic ro .v. sic peccatum ꝑ unum hominē intrauit in mundo
et ꝑ peccatum mors et ita in omnes homines mors ꝑ transiit
ī q omnes peccauerunt ex isto uerbo colligitur qꝫ omnes in adam fuint
infecti ⁊ peccatores constituti si forte dicas sicut dicunt pe
lagiani quod ꝑ transit ꝑ imitatōnē ꝫ. eph. ij. eram nā fi
lij ire sicut ⁊ ceteri sꝫ nemo ē filius ire nisi ꝑ culpam sigi ꝑ
naturā omnes eramus filij ire omnes ꝑ naturā contraximus culpam
g ꝑ tota natura humana culpabiliter ē infecta. Ite Jo
.iij. nisi quis renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ spū s. sꝫ nullꝫ a primo esse
no excludi ex ꝑpo sig omnes nō bap ex duduit sunt
ꝑuuli adulti g omnes ex q nati sunt hnt culpam sꝫ nō est
nam qm fecerunt aliquid hinc sine subiacerunt ad usum rōis
sicut ꝑ inpueris in cunabilis· Ge. viij. g hec ē culpa q na
tum generatione reperitur in quolibet g ⁊ c. Item si totā nā esset
una ꝑsona corrupta· illa ꝑsona quantum ad esse nāe ē tota
nāi corrupi quantum ad esse g ꝑi rōne sicut corrupet quantum
ad hīt esse corrumperet tota nā quantum ad bonū esse sic .n. se
si adam moreretur homo moreretur sic sicut si adam peccaret hō
peccaret cum g tota natura esset in adam qm peccauit uirtꝫ ꝑ tota
ra in eo peccauit ac ꝑ hoc tota in omnibꝫ ⁊ singulis
culpabili infecta fuit. Item uenato fonte uenenantur
ꝑ cōsequens ⁊ riuuli a fonte procedentes sig omnes homines
processerunt ad adam sicut rami a radice ⁊ riuuli a fonte
⁊ ipse conceptus fuit morbo concupiscencie que fuit in eo culpa uir
quod et ceteros corrumpit eodem corrupcionis genere
et ita culpabiliter. Item sicut se hnt innocens ꝑ in

necessitas generandi sic peccator pater peccatoris. sed si adam stetisset
in sua innocentia omnes filios genuisset innocentes. ergo tota
humana esset innocens et pura quantum esset ex ipso. sed hoc est pla-
num. ergo pari ratione cum peccaverit totam naturam humanam
constituit peccatricem ita quod omnes filios gigneret peccatores. Item
quia adam peccavit factus est mortalis et quia mortalis est necesse
fuit quod generaret omnes filios mortales. sed sicut se habet esse
ad effectum ita se habet causa ad causam. sed causa mortalitatis fuit culpa
et mortalitas persone ade totam naturam humanam fecit mortalem
et totam corruptam penaliter. ergo pari ratione videtur quod culpa ade to-
tam humanam naturam infecit culpabiliter et omnes ex illo
exeuntes corrumpit culpabiliter. sed talis culpa que omnibus inest
per naturam est culpa originalis. colligitur ex omnibus his ratio-
nibus quod ponere sit culpam originalem. Sed contra ezechielis. xviii.
filius non portabit iniquitatem patris et pater etc. sed hec lex
divina est et pro divina lege est quod quis peccat sibi et non alii
... prov. ix. si sapiens tibimet ipsi eris. si autem illusor
solus portabis malum. ergo non videtur quod ex peccato patris fi-
lius habeat infici culpabiliter. Item tam in ... innocuo quam
nuncupatur nuptie necesse sit ... bone et licite. sed ad
nullum bonum licitum consequitur malum sed ad nuptias necessario sequitur
malum si proles culpam contrahit a sua origine. ergo vel nup-
tie sunt male et illicite quod est contra sacram scripturam et fidem
christianam vel non est ponere peccatum originale. Item corrupta
et minus nobili non potest corrumpere quod est intransmutabile
et minus nobile. sed persona hominis est intransmutabilis et minus no-
bilis quam natura. natura enim speciei perpetua est et magis nobilis quam
una persona singularis. ergo impossibile fuit eam a persona ade
totaliter et per culpam infici. Item in malis generaliter est quod
malum habitum precedit malus actus quoniam ... sit intro-
nis ergo habitualis corruptio necessario oritur ex actuali culpa ipsi nature
sed natura quantum est de se semper est recta nec peccat quia peccatum
proprie est voluntatis. ergo non videtur quod tota natura infecta fuit vel
est potuit infici. Item nullum tale est culpabile pro quo non
libri nec laudamur nec vituperamur sed originalis corruptio est naturalis
cum sit eadem apud omnes. ergo videtur quod ista duo sint incompossibilia
quod aliqua corruptio sit culpabilis et quod sit originalis. ergo non
videtur quod tota natura aliquo potuit culpabiliter infici. Item nul-
lum naturale est voluntarium sed corruptio originalis est naturalis ergo
non est voluntaria. sed omnis affectio est culpa est affectio vo-
luntaria quod dicit augustinus in libro de libero arbitrio. ergo impossibile est origi-
nalem corruptionem esse culpam. redit idem quod prius quod nulla
culpa sit originalis. et quod natura humana non fuit infecta cul-
pabiliter. Respondeo dicendum quod absque dubio tota natura humana in
omnibus hominibus seminaliter ab adam descendentibus
corrupta est non solum penaliter sed etiam culpabiliter. hoc enim
manifestat visionis dei carentia. rationalis erubescentia. con-
cupiscentie predominantia. carentia visionis dei hoc ma-
nifestat quia nullus de certo bono ad quod factus est privari non
meretur ad hoc ut per quod indignus sit divino aspectui pre-
sentari. tale autem nihil est nisi culpa. sed omnes qui sunt
visione dei privantur nisi per baptismum fluminis vel flam-
mis renascantur. planum est quod omnes qui sunt contrahunt
ex sua origine culpam. Erubescentia rationis hoc mani-
festat. nullus enim rationabiliter erubescit de his passionibus
quas habet nisi insint ei per culpam. sed omnis homo naturaliter
erubescit ex membrorum genitalium motu. ex hoc ergo col-
ligitur et manifestatur quod quibus inest ipso non tantum pe-
nalis sed etiam vituperabilis et culpabilis est corruptio quam
est de sua naturali origine. Predominantia concupiscentie hoc
evidentissime manifestat. rectum est enim quod tunc anima
hominis est ordinata quando ipsa est sub deo et caro et vir-
tutes animales sunt sub spiritu et secundum eius imperium

ab oppositis ergo tunc anima hominis est perversa quando caro et virtutes
animales preferuntur spiritui rebelles quidem est. de plano non
tantum modo secundum fidem verum est sed per philosophiam. si in homine vigor concupiscentie et
lex in membris que vim quasi habet a natura captivat spiritum et ei predominatur
certum est quod ... captivum est quod anima eius hominis a natura perversa est et inordi-
nata. sed sicut ordinatio in homine est rectitudo iustitie sic perversitas et
inordinatio culpa est. sicut ergo non ... liberi hominis per legem concupiscentie
perversa est a sua origine in quolibet homine indubitanter ponendum est esse
peccatum mortale quando est de sua nativitate et de hoc nemo du-
bitat nisi qui nescit quantus sit vigor concupiscentie et quantum ipse reatus dei
sub esse constat. nisi quod nisi ipse perfecte deum non diligat cum super
omnia et propter se planum est quod nullus in statu nature corrupte deum super omnia
diligit et propter se sine dono gratie immo necessario vincitur a vigo-
re concupiscentie ut magis amet se vel ad bonum appetens. planum
est ergo quod anima eius hominis in sua nativitate peccatrix est et sic nata et inor-
dinata sit sic ostensum est. et hoc dicit apostolus ad ro. vii. Ipse homo lap-
sus video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et cap-
tivantem me in lege peccati et exclamat. Infelix ego homo quis me
liberabit a corpore mortis huius. gratia dei per ihesum christum hanc
ergo legem et ordinationem ad deum. si quis velit attendere nullo modo du-
bitabit hominem esse peccatorem a sua nativitate immo tam
evidens est ut dubitari non possit. de originali sive et de actuali
sed tamen ignoraverunt philosophi et aliqui heretici quia nescierunt attendere rectitudinem
attendere rectitudo anime et iustitiam respectu qua anima deus dicitur ad
deum ordinata consistat. ergo quod tota humana natura corrupta est non so-
lum penaliter sed etiam culpabiliter. aliquis autem corrupta fuit sed planum est
ex ipsa scriptura quod ab adam quod adam totam naturam corrupit et culpabilem
fecit suo peccato triplici conditione convenienter est. primo quia non tantum
humane nature individuum sed toti humane nature principium. Secunda est
quia non tantum fuit sibi datum mandatum sicut singulari persone
sed tamquam supposito toti humane nature et hoc bene indicat textus quia man-
datum in deitate descendit per virum ad mulierem. Tertia quia adam innocen-
tiam et immortalitatem receperat pro se et pro sua tota posteritate unde ipse
innocens et immortalis generasset immortales et innocentes. quia ergo erat
ipse omnium principium et transgressus est mandatum quod ei erat datum sed
quod erat primum et amisit illam iustitiam et innocentiam quam
debebat omnibus posteris conservare habitum est quod per ipsius ... totum
privati et dei misericordia ... non tantum penalis sed etiam
culpabilis tum propter debitum ordinationis que debet esse in nobis tum
propter carentiam illius innocentie quam debemus habere tum propter dominantiam
concupiscentie per quam anime sunt inordinate et ut inventum est simile
et inordinate nunc est quod summe iustitie displicet. patet ergo quod to-
ta humana natura est corrupta non solum penaliter sed etiam culpabiliter. per
in hoc autem aliqua fuit corrupta quam ad presens quasi ... aut nulla culpa
transduci habeat hoc declarabitur. in ... restat ergo ad primam respondere
sunt. Ad istud ergo quod primo obicitur quod filii non portant ... p. dicendum
quod melius esse ... quod patri peccaverit singularis persone sic melius ma-
nifestabitur. et dico locum non habet in transgressione primaria quia
illa non fuit omnino singularis persone sicut ex planatum est supra.
Ad id quod obicitur quod ad bonum non necesse consequi malum dicendum
quod verum est per se loquendo verum ad nuptias non necessario se genite per
corruptio inquinate est in maris et femine coniunctio. non sed inquinata
illi coniunctio ad innecta est corruptio vitiosa seminis ob
peccatum per parentis. et si tu obicias sic obiciunt heretici quod quia ergo
sequatur malum ad mittendum esset est bonum. dicendum quod in non est
verum nisi quando malum preponderat bono. nunc autem non est sic quia in generan-
tibus non est nulla culpa in generato non melius est sic esse quam non esse maxime
In prima aperit suam intentionem in generali. In secunda ostendit quod
malum causam habet a causa bona ibi. Causa vero origo etc. In tertia
vero quod est a voluntate libera ibi. Mala autem voluntas etc. Similiter se-
cunda pars principalis habet tres. In prima ostendit quod malum est in bo-
no confirmans hoc auctoritate Augustini. Secundo vero elicit quan-
dam correlationem scilicet quod in hiis contrariis fallit regula dyalectice ibi
Que in hiis contrariis etc. In tertia vero removet quoddam du-
bium ibi. Ad hanc quod dicitur est etc. Et sic supposito quod
malum sit duo manifestat magister de malo scilicet a quo sit et in quo.
Ad intelligentiam huius partis secundum duo que magister declarat in
hac distinctione queruntur duo principaliter: primo a quo sit malum tamquam
ab originali principio. Secundo in quo sit tamquam in subiecto. Circa primum
queruntur tria. Primo queritur utrum sit a bono vel a malo. Secundo utrum sit
a bono ut efficiente vel deficiente. Tertio utrum sit ab in-
tentione vel preter intentionem.

Circa primum sic proceditur et queritur utrum malum sit a bono
ut ab origine et quod sic videtur per auctoritatem Augustini de libero ar-
bitrio. Sic ait: Malum est spreto incommutabili bono rebus commuta-
bilibus adherere quod fit libero voluntatis arbitrio. Sed liberum
arbitrium est bonum; cum peccatum sit a libero arbitrio peccatum sive malum
est a bono. Item hoc ipsum videtur ex eo quod nichil est nisi illa vo-
luntas constat quod ipsa amaret se ipsam et posset se amare
inmoderate et inordinate sed talis amor non est sine malitia ergo tunc
peccatum fieret, et non nisi a bono ergo etc. Item ipsum malum est vi-
tuperabile in se et vituperabilem reddit actorem sed nichil vitupera-
dum est in sua actione nisi aliquo modo possit facere bonum ut nisi
habeat naturalem aptitudinem ad hoc. Omne autem tale est bonum
ergo nichil potest malum facere nisi bonum. Item nullus dicitur facere
malum nisi quia facit quod debet ergo malum omni suo actori est
debitum et ei oppositum debitum sed omne id cui malum
est indebitum et oppositum mali est ens est bonum ergo omne
id a quo sit malum necesse est esse bonum. Item si malum est ab
aliquo aut id est bonum aut malum; si bonum habeo propositum; si
malum aut id est ab alio aut a se ipso; si ab alio similiter erit querendum de
illo; ergo si non est abire in infinitum stare est in aliquo malo
quod sit a se ipso. Sed contra omne quod est a se ipso nullo alio
indiget ut sit et omne tale est sibi sufficiens et omne quod est
sufficiens est omnino habet perfectionem et plenitudinem et integritatem
et omne tale est perfecte bonum ergo impossibile est quod aliquod sit ma-
lum et non sit ab alio; restat ergo cum sit stare et non abire in
infinitum quod malum est a bono. Item si malum est ab aliquo
aut id a quo est malum culpe habet usum rationis aut non; si non habet
usum rationis ergo nullo modo potest culpari nec debet tam per legem
humanam quam per legem civilem et etiam divinam. Habet ergo necessario usum rationis
sed id et eius usus magnum bonum est et nobile; necesse est malum
a bono esse si ab aliquo est. Contra Matth. vij. non potest arbor
bona fructus malos facere neque arbor mala fructus bonos fa-
cere. Ex hac auctoritate arguitur quod bonum non potest esse causa mali
ergo si malum est ab aliquo necesse est quod sit a malo. Item ex propositio-
ne in glosa nichil medium quin boni sit bona et mali mala; non ergo
est malum a bono. Item hoc videtur per maximam dyalecticorum que est: cuius causa
bona ipsum bonum; si ergo mali est causa bona ipsum malum
est bonum; si ergo hoc est falsum manifestum patet etc. Item hoc videtur per
positionem satis probabilem: contrariorum contrarie sunt cause; si ergo causa
boni est bona et nullo modo malum causat bonum ergo videtur
quod nullo modo bonum causat malum nec quod malum sit a
bono. Item hoc ipsum videtur per positionem necessariam et probatam
quia causa cause est causa causati; si ergo omne bonum est a sum-
mo bono, si malum est ab aliquo bono malum est a summo bono
ergo summum bonum facit malum; sed nichil est perfecte bonum quod fa-
cit malum; si ergo malum est a summo bono summum bonum non
est summum et hoc est impossibile ergo etc. Item aut est ponere primum
malum aut non; si non est abire in infinitum in malis; sed
hoc est impossibile quia necesse stare in ordine causarum; necesse est ergo ponere primum
malum. Sed primum bonum non est ab alio immo causa omnium
bonorum eo ipso quod primum; ergo pari ratione si est ponere primum malum
videtur quod id non sit ab alio sed causa omnium; restat ergo quod malum
non sit a bono. Solutio. Ad predictorum intelligentiam est notandum quod hec fuit er-
ror et heresis impurissimi manichei; erravit enim in hoc quod posuit
quod prima causa mali est malum non bonum. Unde posuit quod
cum homo possit benefacere et possit peccare duplex est in homine
animus: una est a deo bono et semper cupit bona, altera vero a deo malo
et semper cupit mala; et hinc est quod in nobis est semper continua pug-
na; et omnia mala que faciunt oriuntur a primo malo sicut bona
a bono. Hanc heresim pessimam valde improbat
Augustinus in libro de duabus animabus et per spiritum peccati

a bono

effectuat?

Utrum malum sit a bono ut ab origine

culpam secundo p ei oppositu. s. priuam pcim ac
ut ibidem dicit est. uoluntas retinedi uel 9sidi qd
iusticia uetat / 7 unde libm e abstine. uoluntas e ai
motus cogente nullo ad ad no ad mitted uel adipisce
dum / has duas notificatoes manifestat 7 post ex ipis
tamquam ex manifestis pdcm errore ipe destruit immo
ostendit quod error se ipsum destruit dum ponit anima
malam no posse bn face et tn pn pcti ee. p ipam origi
ne et nam / ponit qd pccando no pecet 7 id subiungit
ibide quisquis has duas diffinitones uoluntatis
atq pcti uas ee. concedit totam manicheor breuis
simis 7 paucissimis s3 plane inuinctis muniuscliis
sine cunctatoe 9dempnat / postremo in fine lib imp
bat p oppositum pcti. s. ipam priuam sic arguens pla
num e qd penite de culpa bonum 7 iustum e planum
e qd pole homini nam ipi matthei hec suadent etiam
e. e qd ei est penite qui fecit malum. g ide ipsum
qd fuit pncipium mali pt ee pncipium boni. restat
g cum pncipium boni sit bonum. qd sicide e pncipium
mali qd pt ee pncipium boni malum ee a bono. hec e
deducto aug quamuis non sit series ubor ipi uas g de
ductoes 7 consiles quemobiciendo adducte sunt reici
enda sed est pcul hesis pstata qr no tantum e cont fide
uerum e 9 rtum iudicium roms dicedi e g sicut dicit
fides sanct. 7 magis in lra sanctor auctb3 manifestat
qd malum a bono ht origine. Ad obiec aut manife
stone intelligendum e qd malum culpe de quo e h
smo qd quide consistit ee reale citam copl'r. ce ipam
pt consiste et considerari aut quantum ad exiore effcm ac
qnt ad intiore aut quantum ad h'tum mali. n. sui pcti
dr alm act exior alm h'tus intior. alm act intior unde
act furandi e mal 7 uoluntas in actu furandi e ma
la 7 h'ltas sui h'tual affco ad furand e mala Secund
g qd malum dr opus exti. sic nec e primum ingne enti
nec ingne mali cum act exior causat ab intiori et ma
licia act exioris a malicia uoluntatis intioris secund a
qd malum dr mal h'itus similr nec e prim ingne en
tis nec ingne mali / nam mal h'itus a malo actu causat qr n. ma
la factum mali sum. Secund aut qd malu dr malo ac
e intior sicut pt ee primum ingne mali s3 no ingne
entis / ingne mali pot ee primu / ingne entis act n.
omis a gne pcedit 7 illa e posterior tamq3 effcs e posterior
ca 7 quam po illa boni e 7 de gne e bonor p3 qd malum origi
nem ht a bono 7 concedende sunt raones hec ostendentes.
Ad istud u qd obr de auctte damiuiymi 7 glo. dicend
qd tam text quam glo. intell de malo s. qd considrat ee actu
exiore 7 hec quide manifestum e p ipm textum. 9nte
Ad 1o qd obr de mgeria illa cui ca e bona 7c. dicend qd illa
maria intellida e p se. sui secund se uidel3 si causat mgs bo
na. et e lra s. qd causat. hec no e in pposito qr si conceda
t qd bonu sit pncipium mali no tn conced qd sit pnci
mali secund qd bonum. quom aut debeat ipm dici origo
ut pncipium patebit in sequti p plemare. Ad 2o qd obr
qd contrior contrie sunt ce. dicendum qd ista pro ht
ueritate secund qd intell de contiis quor utrq e aliqd n.
7 in causis agentibz simile 7 que sunt ad unu pncipium
effcm dr. 7 alr manifestum e ce falsu nam ide dr 1 secund
manicheos fecit calid et frigidum 7 eade ronal phia po
secund phm e ca oppositor 7 id no ht locum in mal qr ma
lum no dicit nam aliqm scdmeum 7 qr e a uo te s. qd li
bi quo no e determinata ad alteru contrior
Ad istud qd obr quide quaqud e ca eiu 7c.

Dicend qd cont istam pponc peccat loc sophist sin
actus sicut 7 cont illam qua dr quu aliqn de aliq pdi
cat de quocq pdicat sbm 7 pdicat utiq3. n. ppone ht in illi
de pdicato 7 essctu qui ita 9uenit uni qd no e ce neu
alii no aut sic e in pposito nam 7 si bonu e ca mali
h no e sm id quod ht a summo bono s3 roe defectibili
tatis quam ht de no. Ad istud quod ultimo q u'm sit
pone primum malum. p3 qd dico n. qd e pone ma
lum ante q no e aliud malum. s3 ex hoc no sequit
quod primu ens immo e fugiens argumt n. cum p
superlatio quod ht in se unum distributonis ab eo qd est
in minus ad id quod e in plus unde sicut no se est
primus ho g e primu ens. sic nec in pposito n sica
e de bono. qr bonu 7 ens conuitunt. qr g e pone pm
malum ingne mali id no e pcede in infinitum.
qr u no e primum ingne entis id no ht ee a se s3
aliunde 7 ita a bono.
Sed que u'm malu sit a bono ca ut pote a uo te u
efficiente ut deficiente 7 quod sic ut p p aug in
enchi. u aut sic nemo querat cam male uoluntatis
no. n. ht cam efficiente s3 deficiente. Item s3 ut p 1o qd
dr ad yo. de di no. malum e pt nam 7 cam s3 constat
qd no uult dice qd malu no sit ab aliq ut g di
ce qd no e ab alio tamq3 a de cause et efficiente. g
si aliq modo e restat qd sit a deficiente. Item roe
ut sicut se ht effcs ad actum efficiente. ita defectus
ad ipm deficie s3 uere effect no pt educi in ee nisi a
ca ut efficiente. s3 malu op dr malu p defectum alic
circumstancie g malum e a ca deficiente. Item face
7 deficie opponunt similr construe 7 destrue opponit
g sicut construe e face 7 destrue e deficie. s3 in malu
exire e a bonu corrupe qr no dr malum nisi qd noce
ut adimit aliqd de bono g in malum exire e deficie.
Item omis efficiencia e a pmo 7 summo efficiente s3
malum nullo modo e a do g nullo modo pcedit ab aliq
ut pn effcuo. Item dyo de di. no. anima e ca mali si
cut ignis calefi s3 ignis e ca calefi p mod efficientis
g 7c. Item omne id qd p pt ee quam sit ht cam
efficiente s3 malum pt p ee quam sit. g 7c. Maior
7 minor manifeste sunt. Item r illi res mag ui
dicat ca efficies u cui e mag sufficiens s3 uoluntas
nra mag sufficit ad malum quam ad bonum g mag
d3 dici ca efficiens boni quam mali si g bonum e a uo te
ut efficiente malum silr erit. Item si uoluntas e
ca mali secund qd deficiens aut defect ille e pena
aut culpa. si pena g pena ante culpam si culpa
loquimur g de p culpa. aut g e a uo te ut deficiente.
secund qd deficiens aut no si sic. g ante pma culpa
e pma culpa. si no g si p malum no e a uoluntate
ut deficiente ut qd nullum malu. Item si malum
primum e a uoluntate ut deficiente aut g defectu illi
aut pt illi. Si defectu illi g illi 7 semp est pncipi
mali cum semp hat hunc defectum in se. si defcu pt
illi aut e conuictu aut inflict aut a uoluntate ad qsit
nullo istor modor pt poni pt in uoluntate licet
7 hominis p. g 7c. Item si malum e a uolunta
te deficiente aut inquantum deficit a summo bono.
aut inquantum defcit a bono qd debz hre s3 inquantum
deficit a summo bono g ca tal defect e 7 omni cata
in omni repiet pcm si inquantum deficit a bono qd
debet hre s3 nullo a tali bono deficit nisi p uet mito
mito alic culpe g nullo modo p culpa a uoluntate.

deficiente esse preter. Sit ergo quod que est ratio sui dispositio ante nolitionem voluntatis que est circa peccatum immediata ipsi malo non enim erit esse causa eius. nam hec conveniunt omni causae nec quod de nichilo quod hec convenit tam voluntati bone quam male nec est quod volens per eandem rationem nec quod nolens malum quam nelle malum est peccatum peccatum et nelle malum est primum malum sicut idem non est ratio sui ut est voluntas fit dicere causa mali. quod nolens malum sic ergo quod aliquo dubio malum sive peccatum est a voluntate ut deficiente sic expresse dicit augustinus et concordat dionysius. Ad secundum dicendum quod multiplex est quod aliquid causa esse dicitur esse actu aliquid sub dispositione vel condicione superaddita hoc potest multipliciter accipi. aut ita quod illa dispositio dicat ad prius ambulum ad illum effectum aut quod dicat an [illegible] aut quod dicat illum eundem effectum ut in formis et denominatis suum principium effectum. Primo modo dicitur lumen esse a sole lucente. lucere enim est actus prius ambulus ad illuminare. Secundo modo dicitur lumen esse a sole calefaciente calor enim concomitatur lumen. Tertio modo dicitur lumen esse a sole illuminante. enim dico solem illuminare et lumen esse a sole idem in sensu dicitur. aliter tamen et aliter importatur secundum diversam compositionem per hunc modum intelligendum est in proposito quod cum dicitur quod malum est a voluntate deficiente hoc potest intelligi triplex. propter quod notandum quod triplex defectus reperitur esse in voluntate unus quidem naturalis alius culpabilis tertius penalis. defectum vero ipsum defectibilitatem que eius est non est ipso quod ex nichilo. Defectum culpabilem voco ipsum peccatum. defectum penalem id dampnum sive nocumentum sive lesionem que consequitur ad id. de quolibet horum defectuum potest intelligi voluntatem habere. nam malum culpe est a voluntate deficiente defectu naturali ita quod ille defectus prius ambulus est ad culpam. nunquam enim non potest in volendo bonum deficere nisi voluntatem defectibilitatem in se haberet. Similiter malum est a voluntate deficiente defectu penali ita quod ille defectus est culpe annexus. sicut enim est decor peccati sine decore iusticie. verum est quod malum culpe est a voluntate deficiente defectu culpabili non tamen alia culpa sed eadem diversimode operata. eadem enim est culpa que deformat voluntatem et ei inheret. Ut sic conceditur malum esse a voluntate deficiente sic actu aliquo agente. Cum ergo triplex sit defectus ante voluntatem rationem est malum dicitur preter a voluntate deficiente quorum unus scilicet naturalis est prius ambulus ad defectum culpe. Alter vero penalis consequitur et [illegible] neque defectus penalis inseparabiliter consequitur defectum culpabilem impossibile enim est esse decorem peccati sicut augustinus sine decore virtutis. Defectus autem culpabilis non sequitur necessario nec inseparabiliter ad defectum naturalem unde non necessario sequitur si aliquid sit defectivum quod ibi sit culpa. voluntas enim non ipso peccat quod ex nichilo sed hoc ipso quod est ex nichilo potens deficere. hoc ipso quod voluntas est potens servare rectitudinem iusticie hoc ipso quod voluntas est ex nichilo potens est quamvis est deserere illam deserere. ita defectus ille ante voluntatem reddit eam ad peccandum possibilem. Si autem tu queras quid faciat ipsam voluntatem exire in peccatum et que sit dispositio ipsi immediata vel culpe. Dicendum quod nulla superaddita dispositio sed ipsa voluntas que est domina sui actus et libera potest se ipsam commovere. Ad illud ad quod vult et sicut vult et si indebite commovat tunc peccat nulla superinducta nova dispositione quam voluntas que sit prius ambula ad peccatum unde sicut ille qui stat potest statim sive nova dispositione adveniente dimittere se cadere sic potest voluntas que rectitudine constituitur et in ordine ad virtutem sine potest illum exire et exiens ille peccatum est ex dictis ergo patet quod malum est a voluntate deficiente et ex hiis manifesta est solutio. Ad omnia que in contrarium obiecta sunt

Ad primum quod obicitur quod anima est causa mali sicut ignis calefacti. Dicendum quod non est similitudo quantum ad modum causandi specialem sed generalem in generali modo causandi est convenientia quod utrumque habet se in ratione esse efficientis sed in speciali est differentia quod ignis est causa per modum nature et necessitatis anima vero per modum libertatis. ille per modum potentis et efficientis. ita per modum perdentis et deficientis. Ad illud quod obicitur quod malum per potest esse quam sit etc. Dicendum quod malum eo modo quo habet esse eo modo habet causam et quoniam malum privatio et defectus sicut patebit infra hinc est quod sicut malum esse non est aliquid vere ens. sic nec malum efficitur vere ab aliquo sicut ut efficiente sed ut deficiente. Ad illud quod obicitur quod anima magis potest in malum dicendum quod sufficientia in deficiendo non est sufficientia simpliciter sed secundum quid sufficientia et ideo ex tali sufficientia inferre veram efficaciam est peccatum consequentis dicendum quid et simpliciter prima enim propositio intelligitur de sufficientia simpliciter sicut patet inspicienti. Ad aliud quod queritur utrum ille defectus sit culpa vel pena et utrum sit naturalis ut patet naturalis et utrum vero est iam patet. Omnibus enim hiis modis ut dictum est potest accipi. prout autem accipitur pro defectu naturali qui nomen causae ex hoc quod de novo non notat vel contrario defectus tamquam causa prima immediata ipsius peccati ut dictum est prout autem accipitur pro culpa non notatur quod antecedat sed quod voluntatem denominat ut enim est deformis actus a voluntate qui voluntas deformem est prout accipitur pro culpa. pena non notatur precedens sed concomitari. et per hoc illa tamen patet et ad que querebantur.

Tertio queritur utrum malum sit a bono per intentionem.

Videtur quod preter intentionem ut patet per dyonisium in iiii de divinis nominibus. Malum est preter intentionem nam et causam sic preter intentionem necessario propositum. Item dyonisius nemo operatur ad malum aspiciens sed qui operatur ad per intentionem ad id aspicit quod intendit. Si autem intentio est quidam motus intuitus ergo nullus ad malum operans respicit ut quod nullus malum intendit.

Item malum dicit deordinationem ad finem sed intentio dicit voluntatem ad finem directam ergo malum non cadit sub intentione ergo etc. Item omne malum quod est in nobis est preter intentionem ergo per rationem omne malum quod est in moribus est preter intentionem voluntatis rationalis. Item bonum et finis idem sed intentio respicit finis ergo respicit boni ergo non videtur quod sit respiciens mali ergo nullo modo malum ab operante per voluntatem intenditur reditus quod probatur. Sed contra voluntas rationalis est agens per intentionem et deliberationem ergo si omne culpe actualis est voluntarium omne est per intentionem factum. Item nullus peccat in hiis vsum rationis et omnis talis est operans per intentionem ergo peccatum ut peccatum est habet esse per intentionem.

Item quod fit ab agente voluntario preter intentionem fit a casu et a fortuna. sed malum culpe non est a casu et fortuna ergo non est ab agente preter intentionem. Item nullus iudicatur malus affectu sed ab intentione hec enim est que nomen imponit operi sed ab eo res procedit et principaliter procedit a quo recipit complementum et denominationem ergo etc. Item qui peccat ex malicia peccat ex certa scientia et nullus agens ex certa scientia et malicia agit id preter intentionem ergo si contingit sic malum facere ut potest cum peccat peccato in spiritum sanctum etc. Ad hoc dicendum quod de malo est loqui dupliciter aut de eo quod est malum aut de malo sub ratione mali cum ergo queritur utrum fiat per intentionem vel preter. Dicendum quod si intentio comparetur ad id quod est malum sic bene contingit malum intendere et tamquam finem et tamquam id quod est ad finem. sic aliquis finaliter intendit luxuriari vel inaniter gloriari tamquam id quod est ad finem. sic facit furtum intendit ut inde possit vivere voluptuose et intendit mori ut sic posset laudari

Utrum malum sit a bono per intentionem vel preter intentionem

V

potest esse duplex. Aut ita quod intendat hoc facere tanquam malum simpliciter et malum est, et hoc modo nullus intendit quia nichil appetitur a voluntate nisi sub ratione boni simpliciter vel boni sibi. Aut ita quod intendat hoc tanquam malum simpliciter, verumptamen ut bonum sibi, et sic malum sibi per intentionem et sic aliquibus, non ab omnibus sed a maliciosis quibus per corruptionem pallati interioris mala sapiunt ut bona. Cum ergo id quod est malum cadit sub intentione, et aliqua sunt que habent maliciam coniunctam inseparabiliter, et quicumque intendit ad ipsa consequens indicatur intendere quod illi inexum inseparabiliter. Hinc est quod malum indicatur et punitur per intentionem. Ex hiis patet solutio ad questionem. Ad quam respondendum est non simpliciter sed distinguendo patet. Et responsio ad rationes ad utramque partem adductas. Nam prime rationes procedunt de intentione et de malo sub intentione rationis mali. Nam intendens aliquid principaliter considerat in ... ipsum ratione boni et appetibilis. Illa tamen ratio de ... non valet, quia non est agens deo mutatum. Unde si intendit quod melius est, oportet autem per leges sibi inditas a deo. Unde si quid sit ibi malum, hoc est preter intentionem. Non sic autem est de voluntate deliberativa; ipsa enim non simpliciter desiderat quod melius est. Ad rationes ad oppositum patet solutio. Loquuntur enim de malo pro eo quod est, et sic bene intenditur ab agente per voluntatem, verumptamen ut tenuit ... patet, ut habens rationem boni simpliciter vel boni ut nunc sibi ipsi facienti, sicut multi qui letantur cum malefecerint. Et sic procedunt omnes ille rationes.

Consequenter queritur de secundo principali, scilicet de malo in comparatione ad id in quo est. Et circa hoc queruntur tria. Primo utrum contingat reperire malum sequestratum ab omni bono. Secundo utrum malum habeat esse in bono sicut in opposito. Tercio queritur utrum malum sit in eo in quo est tanquam in subiecto aut per privationem.

Circa primum sic proceditur et queritur utrum aliquod malum sit ab omni bono sequestratum, et hoc est querere utrum aliquid sit ita malum quod nichil habeat de bono, scilicet malum in summo. Et quod sic videtur. In hiis que se habent sicut simpliciter ad simpliciter et magis ad magis et maxime ad maxime per considerationem philosophi. Sed hec sunt opposita: bono opponitur malum, ergo magis bono magis malum et maxime bono maxime malum. Sed contingit reperire summe bonum, ergo et summe malum. Sed unum oppositorum ponit in natura, ponit et reliquum. Item magis et minus dicuntur per accessum ad terminum, ergo ubi est reperire magis et minus contingit reperire summum. Sed in malo contingit reperire magis et minus, ergo et cetera. Item aut est status in malis aut non. Si constat quod necesse est statum ponere, nam ille ponit infinitum in eo ... actu est. Si status est, est summum, ergo necesse est ponere summum malum. Sed hoc est quod nichil habet de bono, ergo et cetera. Item omne per accidens reducitur ad per se; ergo si est malum ponere per accidens est ponere malum per se, et id est aliquid quod habet ortum ex principiis ... illi. Sed aliquid malum est per se; videtur quod eius principia sunt mala, et si principia sunt mala totum est malum, et si totum est malum nichil est in se de bono, ergo et cetera. Si est ponere malum per accidens est ponere aliquid quod sit simpliciter et totaliter malum, aut quod per se est ponere, ergo et cetera. Item omne dictum per participationem reducibile ad dictum per essentiam. Ergo dicitur aliquid esse malum, aut dicitur per participationem aut per essentiam. Si per essentiam, sed bonum per essentiam est summe bonum quod nichil habet de malo, ergo similiter erit aliquid ita malum quod nichil habebit de bono. Si dicitur per participationem, omne tale reducitur ad dictum per essentiam, ergo redit idem quod aliquid sit malum essentialiter et ... quod ... Item in quolibet genere est reperire unum primum quo mensurantur omnia que sunt in illo genere. Hoc planum est et patet per philosophum qui hunc ponit ... et patet inducendo. Sed in genere malorum est reperire aliquod unum quod sit mensura omnium malorum, sed id non potest esse nisi summum inter omnia mala, ergo et cetera. Contra: si est ponere summe malum quod nichil habeat de bono, et esse ad bonum est, tunc est ponere summe malum esse et tamen non habere esse. Sed hec sunt duo inpossibilia, ergo et cetera. Item posse omnis, ut dicit philosophus, est de genere bonorum. Ergo si aliquid est summe malum, illud nichil omnino potest. Sed summum in omni genere plus potest quam id quod non est summum. Sed id quod non est summe malum aliquid potest; ergo id quod est summe malum multa potest. Ergo eo ipso quod est summum multa potest et nichil potest. Sed hec duo sunt incomposibilia, ergo et cetera. Item scientia omnis de genere bonorum est, non tamen scientia boni verum etiam scientia mali; scire enim malum bonum est. Si ergo aliquid est summe malum, caret noticia boni et mali. Ergo nec scit facere malum scienter, quia nescit bona et mala. Sed ista sunt inpossibilia, ergo et cetera. Item si quid est summe malum, est malum per essentiam et naturam. Sed si malum est per essentiam et naturam, naturale est ei facere malum. Sed ... quia dum facit quod est sibi naturale bene facit, et quod bene facit bonum est. Ergo si quid est summe malum, ipsum est bonum, et dum male facit bene facit. Sed hoc est inpossibile, ergo et cetera. Item si aliquid est summe malum, illud est vilissimum; quanto enim aliquid magis malum est, tanto vilius est. Et si vilissimum inter mala, ergo inter illa est infimum. Sed quod est infimum inter mala non est summum caput malorum; ergo quod est summe malum non est summe malum. Si dicas quod non sequitur: est vilissimum, ergo non est summe malum, quia hoc est esse summe malum quod est infimum bonorum. Obicitur quia si aliquid ponitur summe malum non debet poni super alia sed infra, retrorsum ordinem; ergo non est de tenebris sed finis quod est contra errorem istum. Item si est summe malum, ergo id erit etiam omnipotens in malo sicut summe bonum in bono. Ergo omne malum sibi iacet ... potentie. Sed cetera boni corrupcio est malum, ergo cetera boni corrupcio subiacet potentie summe mali. Ergo si summe malum est, potest corrumpere omne bonum. Sed bonum quod potest corrumpi non est summum. Ergo si est ponere summe malum, nichil est summe bonum, et si non est summe bonum nec bonum. Ergo si est ponere summe malum, nichil est bonum, quod quam impium sit patet, et cetera. Item dicendum quod ponere malum ... quod nichil habeat de bono non solum est perversitatis heretice sed est manifeste cecitatis et insanie. Sic enim monstruosum est quod ipsum implicat in se opposita. Implicat enim quod id scilicet summe malum sit et non sit, quod idem possit et non possit, et quod idem sciat et nesciat. Et dum implicat in se opposita destruit se ipsum. Nam imponendo summe malum esse quod nichil de bono habeat, ponit quod id non sit summum; ponit quod non sit malum; ponit secundo quod ullum bonum habeat oppositum. Et hec omnia monstruosa sunt, que manifeste convincunt errorem illum, ostendunt fuisse ex cecitate ... in tantum tenebrositate detinebantur ipsi manichei nisi longe ante fuissent filii tenebrarum qui excecavit mentes eorum ut non fulgeret in eo illuminatio veritatis ... Sed ... irradiat ... et ... hodie ... error pessimus quod ... sunt ... et hoc ... est potissima ipsa ... cecitatis superbia que repugnat in quibusdam laicis ... ad ... que sunt fidei ... cum enim sint ydiote presumunt sacram scripturam exponere que est profundissima omnium scripturarum ... habeant ... quidam honestate exteriore ... aliorum ... duplicis superbie excecantur ut incidant in errorem istum ... excecantur ut nesciant ... quid bonum et quid malum, dum multa genera bonorum ponunt esse a deo malo, contra illud Ysayas ... v. capitulo: Ve qui dicitis malum bonum et bonum malum, ponentes lucem tenebras et tenebras lucem ... ... efficaciam argumenta ad persuadendum nec tormenta ad retrahendum nec orationum suffragia ad relevandum nisi hoc fiat de gratia specialissima. Hinc ponunt hereticam immo stultissimam et blasphemiam reputando dicentem sicut dicit fides catholica et ratio ... [illegible]

ut aliquod malum sit ab omni bono sequestratum

nichil esse ita malum quin habeat aliquid de bono

Ad intellectum autem obiectorum notandum quod summum in aliquo genere dupliciter potest dici. Uno modo dicitur summum illud quo non potest esse maius, et hoc modo non contingit reperire nec ponere summum malum, quia nichil enim est adeo quin possit esse peius, pro eo quod adhuc habet de bono quod possit magis privari, et ita adhuc peius esset; et pro tanto dicit Dyonisius quod malum est infinitum. Alio modo dicitur summum quo nichil est magis secundum actum, sed ipsum excedit omnia alia, et sic contingit reperire summum in malis, nam lucifer qui est rex in malis super omnes filios superbie pessimus est super omnes; hiis visis facile est videre respondere ad obiecta. Ad primum ergo quod primo obicitur de oppositione mali, dicendum quod considerato intellectu quod eodem modo accipiatur cum dicitur simpliciter et cum dicitur cum excessu, non sic autem est in proposito, nam cum dicitur quod bonum opponitur malo accipitur hic bonum pro participatione; cum vero intelligitur de summo bono accipitur bonum pro bono per essentiam quod solum est summe bonum, et illi nichil opponitur. Ad secundum quod obicitur quod magis et minus accipitur secundum maiorem et minorem accessum ad terminum, dicendum quod verum est in hiis que dicuntur secundum positionem, immo in hiis accipiuntur per recessum; unde magis recedit a bono et cetera, nunquam tamen recedit quin adhuc possit magis; hinc est quod non potest poni summum. Ad tertium quod obicitur de statu, dicendum quod status est secundum actum, sed non oportet quod sit status secundum potentiam ut non possit esse ulterius progressus, nam et si in rebus causatis non contingat invenire actu infinitum, contingit tamen reperire infinitum in potentia, sicut patet in numero per appositionem et in continuo per divisionem, sic in proposito intelligendum, et hoc infra manifestabitur cum agetur de corruptione mali.

Ad quartum quod obicitur quod per accessus reducitur ad per se et simpliciter dictum per participationem ad dictum per essentiam, et similiter quod in quolibet genere est reperire unum primum et cetera. Dicendum quod hee habent locum in hiis que dicuntur positione, et nam quod possit causari ex principiis sibi et que possit essentialiter dici et quam possit alia possit in sinuari per eius participationem maiorem et minorem malum, autem privationem dicit, inquantum malum, et ideo ille tres rationes non habent hic locum, et hec sunt que decepit manicheum ut dicit augustinus, quia nesciunt quid esset malum et cetera; voluit disputare de malo nesciens quid hoc esset; ideo se et alios multos precipitavit in errorem superbia enim sua fecit eum ignorare modum addiscendi in omni enim inquisitione prius oportet intelligere quid est quod querimus per nomen dicitur, et hec tamquam principium cognitionis afferre secum ad rei inquisitionem cognoscendas causas.

Secundo queritur utrum malum sive malicia sit in bono sicut in opposito.

Quod sic videtur, augustinus in enchiridion: cum mala et bona nullis ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed mala omnino sine bonis et nisi in bonis esse non possunt, hec expresse habetur quod mala sunt in bonis sibi oppositis. Item augustinus in hiis contrariis que bona et mala vocantur, regula dyaleticorum que dicunt nulli simul messe ~~possunt~~ contraria, sed constat quod non deficeret nisi mala essent in bonis sibi oppositis, ergo et cetera. Item malum dicitur quod corrumpit, sed non corrumpit nisi id in quo est, et in bono opponitur quod corrupto, ergo videtur quod malum sit in bono sibi opposito. Item opponitur libertati sed peccatum quod facit hominem servum peccati est in homine sive voluntate et libero arbitrio libertate, ergo videtur quod malum substantificari habeat in bono sibi opposito. Contra Dyonisius in libro de divinis nominibus: malum non est existens in existentibus, sed omne bonum est de genere existencium, ergo malum non est in bono, ergo nec in bono sibi opposito. Item virtus et vicium opponuntur et tamen unum uni opponitur, sed vicium non est in virtute, ergo non in bono sibi opposito nec est in aliquo. Item regula dyaleticorum est vera et cetera, ergo non fallit in aliquo; nam si falleret numquam sola non repudianda esset et tamen sola. Si ergo aliquis dicat quod unum oppositum non est in alio nec cum alio et idem in bonum malo opponitur, ergo malum

non est in bono sibi opposito. Item si malum potest esse in bono sibi opposito, ergo ab ipso non expellitur, et si non expellitur a suo opposito, videtur quod non expellatur ab aliquo, et si a nullo expellitur, semper manebit; ergo si aliquis est semel malus semper est malus, quod falsum est, ergo relinquitur quod primo.

Ad predictorum intelligentiam est notandum quod bonum in creaturis dicitur per ordinationem ad summum, unde bonum dicitur quod est ordinatum in finem. Ordinatio autem tria respiciet aut ipsum ordinabile aut per quod est ordinabile aut id per quod ordinatur, et sic triplex reperitur in nobis bonum scilicet bonum quod est ordinabile, et hoc est natura, et bonum per quod ordinatur, et hoc vero ut gratia, et bonum finem quod sic ordinabile est a gratia, et hoc est habilitas media. Intelligendum est ergo quod malum contrarie ei bono quod est ipsi in ut substancia non opponitur et ipsam tamen non corrumpit, ut dicit Dyonisius, nichil existencium corrumpit in eo quod est ens, vel naturale ei autem bono quod est virtus et gratia simpliciter et directe opponitur, unde mutuo se expellunt et simul esse non possunt. Ei autem bono quod est habilitas media quodammodo opponitur et quodammodo non; nam illa habilitas media habet comparari ad naturam cuius est, et ad gratiam ad quam est, secundum quod comparatur ad naturam cuius est, sic non habet oppositionem ad malum, quoniam habilitas illa vel etiam talis natura indifferens existit ad bonum et ad malum, et sic est subiectum mali; ut autem comparatur ad gratiam sive virtutem vel etiam ad finem ad quem est, sic habet oppositionem ad malum, nam malum tollit illam ordinationem ad id ad quod est et reddit minus et minus habilem. Cum ergo malum culpe sit privatio in habilitate consistit, et habilitas potest opponi ipsi malo, cum malum reddat ipsam potentiam inhabilem; hinc est quod augustinus dicit quod habet esse in bono sibi opposito, et quod in huiusmodi oppositis regula dyaleticorum deficit; hoc est dicere quod ad talia opposita non se extendit; unde ex hoc non sequitur quod regula dyaleticorum falsificetur, sed quoniam mos est philosophis positis considerationibus instancias subinferre non que falsificent ipsas, sed que intellectum considerationum clarificent et manifestent, sic beatus augustinus tamquam vir prudens ingenio in hac instancia manifestavit illam maximam dyaleticorum in hiis oppositis tenere que opponuntur oppositione formali sicut opponuntur virtus et vicium, gratia et culpa. In aliis autem oppositis que non opponuntur ratione eius quod sunt, sed ratione eius ad quod sunt, non est intelligenda illa vel non illa simul possunt stare, sicut stat gratia cum concupiscencia et tamen unum est in alio, sicut culpa in habilitate. Ex hiis que dicta sunt manifesta est solutio. Ad questionem propositam dico quod malum substantificatur in bono et non solum in bono sed est in bono quodammodo sibi opposito, sicut ostendunt rationes que ad primam partem inducuntur. In bono autem quod directe et formaliter opponitur sibi substanciari non habet, sicut ultime rationes que ad secundam partem inducuntur ostendunt. Ad primum quod obicitur quod tamen unum uni opponitur et cetera, dicendum quod ipse loquitur ibi quod si non est in existentibus et cetera. Dicendum quod ipse loquitur ibi per se quod si non est in existentibus secundum quod essencia sed potius secundum quod deficiens, tamen sit privatio et defectus ut iam patebit inferius. Ad secundum quod obicitur quod tamen unum uni opponitur et cetera. Dicendum quod illud intelligendum est de uno genere oppositis et intelligendo secundum idem per se loquendo habilitas autem potentie non opponitur ipsi nisi ratione virtutis; virtus enim directe opponitur vicio et cetera, vel habilitas quodammodo inclinat ad virtutem hic est quod vicio opponitur quodam modo, licet non omnino ut virtus, et sic patet totum.

Tercio queritur utrum malum sit in bono tamquam aliquid habitus an sit pura privatio, et quod non sit tamquam habitus et positivum aliquid sed ut pura privatio videtur per illud Jo.: sine ipso factum est nichil, glossa: nichil id est peccatum, ergo peccatum nichil est. Item augustinus: malum non est nisi aliquid sed defectus esse, nam mali nomen accepit, ergo malum non est aliquid positivum sed defectus et privatio. Item anselmus de conceptu virginali capitulo v: Iniusticia omnino nichil est, sicut cecitas, non enim aliud est cecitas quam absencia visus ubi debet esse, que non magis est quod modo vero debet esse visus quam in ligno ubi non debet esse. Item hec videtur ratione bonum et ens convertuntur, ergo de contrariis privatio entis privatio boni; et bonum si ergo peccatum vel malicia esset ens malicia per quod hic habet aliquid de

ad de bonitate, sic ergo non habet aliquid de bonitate, non habet aliquid de bonitate. ¶ Item omne ens a summo habet aliquam formam. omne enim quod habet aliquam formam habet pulcritudinem, sed peccatum non habet pulcritudinem cum sit deformitas anime, ergo non dicit habet de entitate, ergo privatio dicit privationem. ¶ Sed contra Augustinus: peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem dei, sed omne dictum vel factum est aliquid, ergo peccatum sive factum est aliquid, non ergo privatio pura. ¶ Item virtus et vicium sunt contraria, sed contraria sunt in eodem genere et que sunt ab eodem genere sunt utrumque contrarium est aliquid et non privatio pura, ergo vicium aliquid est, ergo peccatum sive malum non est omnino nichil. ¶ Item sive accipiatur concrete sive abstracte verum est dicere quod peccatum est in aliquo et omne quod est ens, sicut omne quod legit est legens et omne quod est amans est amans, et omne quod est ens est aliquid et non est privatio pura, ergo peccatum sive malum sive accipiatur concrete sive abstracte non est omnino nichil. ¶ Item nichil quod est pura privatio intenditur et remittitur, sed malum et peccatum intenditur et remittitur, quia unum peccatum est maius alio et una malicia est maior alia, ergo peccatum sive malicia non est privatio pura. ¶ Item omne ordinatum presupponit esse, sed malum culpe, sed quod malum ordinatur ad malum pene, sed quod malum est ordinatum in pena, ut quod sed malum habet aliquid esse. ¶ Item aut peccatum est ad sed quod peccatum aut nichil sed ad hoc positum sit, nec deus punit hominem pro peccato, ergo deus punit hominem pro nichilo, sed punire aliquem pro nichilo iniuste punire, ergo sed deus punit hominem pro culpa ut quod impuniendo iniuste faciat. ¶ Respondeo dicendum quod peccatum sive malum dupliciter potest accipi, uno modo abstracte, alio modo concrete. secundum autem quod malum dicitur concrete sic convenit id quod deformat vel aliquam actionem vel aliquam substantiam, et sic dicitur malum res mala ut potentia actio mala vel anima mala, et hoc modo malum quid est et habet esse necesse. Si autem aliquis dicat ipsa res mala sive peccator nichil esse, hoc dicitur quantum ad bonum esse quod quidem esse est ordinatum, unde cum dicuntur homines nichil fieri cum peccant hoc non dicitur quia omnino esse perveniunt sed quia privantur esse ordinato quod quidem est esse completum, et de hoc dicit Boethius quod esse est quod ordinem retinet servatque. nam contingit ergo loqui de malo sive de peccato abstracte, et hoc modo malum sive peccatum in recto sive predicatione formali non est aliquid sed nichil quia non est ens nec bonum sed privatio boni, quemadmodum et malicia vel peccatum nichil sit in recto in obliquo tamen aliquid est et alicuius ut oppositi et alicuius ut subiecti. alicuius ut oppositi ut potentia boni, malum enim est privatio boni, et quia sic est privatio boni ut tamen non sit omnimoda boni adnichilatio sic privat bonum quod relinquit bonum ad effectum, quare quod relinquit bonum non sic privat actum ut relinquat aptitudinem, sic privat bonum quod ad effectum ut tamen in subiecto relinquat debitum. et ideo malum abstractive sumptum formaliter loquendo privatio est et ideo nichil. est et alicuius entis ut subiecti quia est in aliquo ente, non enim omnimoda est privatio sive adnichilatio. et quia secundum hanc viam auctoritates et rationes ad primam partem inducte ostendunt malum sive peccatum nichil esse, ideo concedende sunt. ¶ Ad primum vero quod primo obicitur in contrarium quod peccatum est dictum et factum et concupitum, dicendum quod ibi accipitur peccatum sive malum concretive prout convenit substractam, et hoc modo aliquid est, nec hoc repugnat sed consonat eis que dicta sunt. ¶ Ad primum quod obicitur quod virtus et vicium sunt contraria, dicendum quod vicium prout quod contrariatur virtuti ut potentia luxuria castitati non tantum dicit privationem sed et dicit aliquem habitum sive affectum quo quis redditur facilis ad peccandum ideo peccati ergo, et hoc modo accipiendo vicium privatio est boni, tamen sic non contrariatur virtuti formaliter, immo opponitur sicut privatio et habitus. Si autem dicatur aliquo hoc modo vicium contrariari virtuti, accipitur largo modo contrarium pro quolibet oppositione et repugnantia, vel hoc dicitur quia sicut per veritatem vicium opponitur virtuti ut privatio habitui, tamen virtus et vicium quodam modo legem contrariorum, et hoc quod mutuo se expellunt et ab uno sit regressus ad alterum et

in quantum conditione opposita ut privatio et habitus ab eo quo opponuntur sicut contraria distinguuntur, et pro tanto dicit Augustinus in Enchiridion: Qui in hiis fallit verbum dyalecticorum vocans bonum et malum contraria. et hoc quia eo predicata predicata nichil minus tamen dicitur quod malum est in eodem genere cum bono, sed hoc non proprie vel secundum ordinationem sed hoc est per quandam reductionem, ex hoc non sequitur quod malum sit ad naturam, privationes ad idem genus cum suis habitibus reducuntur et tamen ipse formaliter loquendo nichil sunt. ¶ Ad primum quod obicitur quod malum est in alio genere, dicendum quod id non sequitur. nam sic dicit philosophus quedam sunt entia quedam sunt entium, et quamvis privationes possunt dici entium non tamen dicuntur entia. cum autem dico maliciam esse in alio dico eam esse entis, sed cum dico maliciam esse ens attribuo ei entitatem in se et per se et esse formaliter quid secundum est esse simpliciter, et non est in sophisticacione secundum quid et simpliciter. Si vero queratur de hac malicia est utrum sit concedenda vel non, dicendum quod hoc verbum est sicut multi philosophi dixerunt potest predicari. aliquando accipitur ut compositio media inter duo extrema, et sic dicitur adiacens ut cum dicitur homo est albus. aliquando vero sic predicatur ut res impertata per ipsum sit attributum subiecto altero extremorum. quando ergo sic dicitur malicia est, hoc verbum est accipiatur ut predicatum sicut accipiuntur alia verba ut legit, et sic tunc locum habet, est enim sensus malicia est, id est malicia est ens, id est essencia aliquid, hoc enim verbum est significat essenciam vel substantiam nullo modo. alio modo potest inesse predicari vel accipi in habitu locorum sicut exemplum et est orationis quedam deficiens, et tunc sensus est malicia est, id est malicia alicui inest, ita quod ipsa malicia posset intelligi ut aliquid inherens quam aliquid substans, sicut cum dicitur malum in esse ad esse malum, et hoc modo accipiendo non valet malicia ergo ens. ¶ Ad primum quod obicitur quod pura privatio est privatio nichil ponens non intenditur nec remittitur, dicendum quod si dicatur pura privatio, hoc est privatio nichil ponens nec in recto nec in obliquo, hoc modo verum est dicere quod non recipit magis et minus, sicut chymera nichil est et yrcocervus nichil est, nec est unum magis nichil quam reliquum. alio modo dicitur pura privatio que et non ponit in recto ponit tamen in obliquo, et hoc modo malicia posset dici pura privatio, sed de hac non est verum quod non recipiat magis et minus, potest enim magis et minus recipere ratione eius entis quod respicit in obliquo, unde dicitur maior privatio in quantum est maioris boni vel totius corruptio et in quantum minus de bono relinquit, minor vero in quantum minus de bono corrumpit et plus relinquit, et sic patet quod ex hoc non sequitur quod peccatum abstractive loquendo sit aliquid positivum. ¶ Ad primum quod obicitur quod esse ordinatum presupponit esse, dicendum quod verum est quod in hiis que per se ordinantur ordinatum presupponit esse, in hiis autem que ordinantur per accidens non presupponit esse in se sed ratione illius in quo est vel per quod ordinatur, ex hoc malum dicitur ordinari, non quia sit in se ordinatum cum sit privatio modi speciei et ordinis, sed quia ordinabile est in pena ratione ipsius punibilis. sed autem melius determinatum est in ... distinctione xlvi. ¶ Ad primum quod obicitur quod si peccatum nichil est quod deus punit hominem pro nichilo, dicendum quod sicut prius tactum est et si peccatum nichil sit in recto, nichil est tamen in obliquo, est alicuius entis ut oppositi et alicuius ut subiecti quod relinquit debitum videlicet boni privati. dico ergo quod peccatum est nutrimentum pene non solum ratione privationis sed ratione debiti relicti et boni privati. unde non est homo dignus puniri solum quia bono caret sed quia caret et debet habere, et hic carencia illa nichil sit, debitum tamen habendi aliquid est. et ideo ex hoc non sequitur quod deus puniat hominem pro nichilo quamvis peccatum nichil sit, hoc autem aptum est si quis consideret in sensu exemplum: videmus enim quod rex mercenarium suum quia non reddidit debitum, vel cum aliquis creditor incarcerat aliquem quia non solvit sibi pecuniam mutuatam, privatio enim non punitur sed cum debito in causa.

Iuxta ista sunt dubitationes circa litteram et primo que de hoc quod dicit
Quod voluntas angeli vel hominis causa est malorum subsequentium
sed contra augustinus in li. lxxxiii. qui dicit quod nullo alio auctore
peccato homo fit deterior ergo mala voluntas angeli vel hominis
non potest malas voluntates causare. Item si nomine ma
lum dicitur imputari deo cuius est causa qui est causa primo et mala vo
luntas angeli vel hominis est causa omnium malorum ergo omnia
mala sunt eis imputanda. Responsio dicendum quod est causa vel ef
ficiens et producens. vel est causa quia non disponens et inducens
cum ergo dicitur quod mala voluntas angeli vel hominis est causa ma
lorum voluntatum sequentium dicitur per quamlibet disponentem et inducentem
nec. diabolus enim inducit et disponit suggerendo homo vero cor
rumpendo naturam et malum exemplum prebendo cum autem dicit augustinus quod
nullo alio auctore fit homo deterior hoc intelligitur tamquam auctore
principali possunt tamen dici quod licet ista intelligantur de malis subsequentibus
per malam voluntatem mala hominis et angeli non tamen dicuntur per
se tamen eidem ita quod per mala eius voluntas est causa omnium malorum
que ipse facit. Item queritur de eo quod dicit in codice capitulo vo
luntas hominis causa est tam peccatorum quam penarum quia pena est passio involun
taria sed quod causatur a voluntate est voluntarium ergo pena non
causatur a voluntate. Item si causatur a voluntate aut a bona
aut a mala. a bona non sed constat quod nemo punitur pro bona
voluntate. A mala non quia mala voluntas non est causa iusti nec
iniusti. sed omnis pena iusta est. ergo nulla pena est causata a
voluntate. Responsio dicendum quod voluntas dupliciter dicitur esse causa
alicuius vel per modum merentis vel per modum efficientis cum ergo dicitur
voluntas esse causa pene hoc non dicitur per modum efficientis sed
potius dicitur per modum merentis voluntas enim causando culpam efficit
eo suum deficiendo meretur penam et ita dicitur esse causa penarum et peccatorum
sed aliter et aliter et per hoc patet solutio obiectorum. Item queritur de hoc quod dicit
bonum omnino carens malo integrum bonum. hoc enim videtur
falsum quia integrum bonum est quod nichil deest. de bono et hoc est
bonum in quo est omne bonum ergo solum est id est integrum bonum
quod est summum bonum sed multa causata sunt carencia omni ma
lo ut beati angeli et anime beate ergo si hoc est verum sequitur quod
multa essent summe bona quod falsum est quod videtur ad cautum me
at dici bonum integrum. Responsio dicendum quod sicut perfectum dicitur
multipliciter et quantum ad perfectionem sufficientie et quantum ad perfectionem
superhabundancie sic et integrum bonum potest dici multipliciter et quantum
ad integritatem sufficientie et sic dicitur integrum bonum quod caret
omni malo culpe et pene. et quantum ad integritatem superhabundancie
et sic dicitur integrum bonum in quo omne est bonum et primo modo
bonum integrum non dicitur esse bonum summum. Item bonum pu
rum est nichil habens de malo ad mixtum. secundo vero modo dicitur esse
bonum summum et est in solo deo per essenciam increatam aut per
participationem ———————— unde quod participat sum
mum bonum ex participatione habet dici omne bonum et sic tu
obicias quod summum dicitur per inmixtionem cum contrario et
ita bonum quod omnino est inpermixtum malo est sum
mum bonum. Dicendum quod licet verum est in hiis [...] quorum contrarium est non
aliquid in hiis autem quorum natura est una et altera privatio sicut est in
bono et malo luce et tenebris non habet veritatem unde licet non
dicitur magis luminosum quia minus habet de tenebris sic non dicitur
magis bonum quia minus habet de malo sed quemadmodum una stel
la dicitur maior altera quia magis accedit ad perfectionem bonita
tis nichilominus tamen omnino carens malo non potest dici nisi so
lus deus ut fiat vis in hoc quod dico omnino ut careat omni
malo secundum actum et secundum potentiam et secundum aptitudinem sui
sibi prima non possibile est. Item queritur de verbo illo augustini quod
dicit in expositione illius Ubi vel hiis qui dicunt malum bonum
etc. Id est deum est in prophetia intelligendum est de ipsis rebus
quibus homines mali non de hominibus hoc enim videtur falsum

ut sic peccat ille qui dicit ad vitium esse bonum vel in iniciativum
peccat ille qui dicit ipsum esse iustum unde malaquias qui iusti
ficat impium pro muneribus ergo non tamen de rebus sed etiam de hominibus hoc
intelligitur. Responsio dicendum quod cum dico hominem malum et dico hominem
et dico maliciam potest ergo attribui bonitas ei aut bonitas nature
quod homo aut bonitas moris ratione malicie primo. Et hoc modo at
tribuere ei bonitatem nature non est detestationis sed in
meretur maledictionem sed hoc non quia laudat hominem quod homo sed quia
laudat eum quia malus et hoc non est aliud quam laudare mali
ciam tum enim dicit augustinus quod non intelligitur de hominibus sed de rebus
non negat quin peccatum sit in commendando hominem malum
sed hoc vult dicere quod non est quod non est peccatum si commendet nisi peccatum est
si commendet maliciam

POst hec videndum est quid sit peccatum etc. Supra egit magister
de peccati causalitate et origine hic agit de peccati quidditate
et distinctione dividitur autem pars ista in partes quarum in prima inqui
rit magister quid sit peccatum utrum videlicet sit actus vel privatio
pura in secundo dato quod aliquo modo sit actus et aliquo modo sit pri
vatio inquirit utrum peccatum sit peccati pena. i. d. xxxvi. Se
cundum sic eadem esse peccata in tertia vero inquirit utrum actus sub
stracta sit a deo tamquam actus. i. d. xxxvii. Sunt enim et alii
etc. Prima pars que continet presentem lectionem distinctionum dividitur
in partes quarum in prima ponit magister peccati notificationes in secunda vero
ex ipsis notificationibus inferendo elicit quid sit peccatum propter etc.
In tertia vero dissolvit rationes sibi oppositas que contrarie videntur ve
ritati precedenti primo fiat ibi Postea videndum quid sit peccatum etc.
Secundum ibi Quod vero dubitatis hiis verborum etc. Tertium ibi Qui
bus opponitur si omnia que sunt etc. Prima pars dividi posset in partes
secundum tres notificationes peccati sed ratione sue brevitatis remaneat
indivisa. Secunda vero pars principaliter dividitur in partes quarum in prima pre
dictorum opiniones narrat in secunda vero veritatem aperit et unam quarum
dam opinionem explanat ibi Sane dici potest etc. Tertia
vero autem librum confirmat ibi Quod autem voluntas omnino et
actio etc. Sit tertia pars principalis quia habet tres partes secundum quod du
bitationes quas movet quarum prima est sumpta ex hoc quod dicebat illa po
sitio quod omnia que sunt bona sunt. Secunda vero ex hoc quod peccatum est
corruptio boni. Tertia vero sumpta est ex hoc quod peccatum est corruptio bo
ni est pena. primam ponit ibi Quibus opponitur si omnia que sunt etc.
Secundam ibi potest et querit ad eisdem etc. Tertiam ibi Cum solet etc. in
et in qualibet istarum primum proponit et secundo solvit.

Ad intelligentiam autem huius partis magistri inquiritur quid sit pec-
catum cum peccatum sit privatio magis cum potius hic ergo quod de corruptione bo-
ni que habet fieri per peccatum et circa hoc queruntur duo. Primo quod vel
bonum habeat per peccatum corrumpi. Secundo vero quia de modo corrumpendi.
Circa primum queruntur tria. Primo quod utrum a peccato possit boni
corruptio. Secundo que utrum peccatum in quantum corrumpit contrarietas bo
no et ita primum sic patet secundo quia utrum peccatum ad bonum habeat cor
ruptionem et quod sicut videtur augustinus in enchiridion quod est aliud quod dicitur malum
nisi privatio boni. bonum enim minuitur malum est tamen ergo culpa commi
titur et necessario ad bonum ibi privat sed non est dare quod privetur per
aliud quam per culpam ergo necesse est ponere quod peccatum habeat bonum priva
re. et privando corrumpere et hoc augustinus insinuat exponens paulo
post cum subiungit id malum est corruptio nec quia eam esse constat
privat bono. Item hoc ipsum ostendit augustinus tali ratione quod
nullo modo privat non nocet ergo quod nocet alicui bono privat
sed malum nocet sed malicia est ergo ad bonum adimit boni
et corrumpit ergo etc. Item sicut se habent vicia corporum ad corpus sic
vicia animarum ad animas sed vicia corporum ledunt tali
quo modo corrumpunt et ipsam animam talia autem vicia sunt
peccati ergo etc. Item quando quis peccat aut perdit ad bonum aut
nichil. si nichil ergo ita bonus est post sicut ante ergo ita bonus
est qui peccat sicut ille qui non peccat ergo dicitur placere deo verum

.ii.

[marginal note:] licet sit magis bonum quod magis accedit ad perfectionem bonitatis

[marginal note:] est

[marginal note:] et aliquo bono privat sed quod privat et adimit

[marginal note:] quod corrumpit corpora quod vicia animarum aliquid corrumpit

[marginal note:] ut peccatum habeat aliquod bonum corrumpere

un(um) sicut alt(er) q(uo)d (est) manifeste f(als)um. restat (ergo) q(uo)d ad b(on)i
p(ri)v(ati)o(n)em. s(ed) i(d) bonu(m) q(uo)d p(ri)v(a)t(ur) corru(m)pit(ur) (ergo) (est) alic(uius) boni corruptio.
s(ed) c(ontra) hoc argu(itur) sic p(ri)mo p(er) auctoritate(m) au(gustini) q(ui) dicit q(uod) p(eccatu)m
(est) corruptio modi sp(eci)ei (et) ordinis. s(ed) corruptio(n)is no(n) (est) corruptio na(m)
si corruptio corru(m)peret p(ar)i r(ati)o(n)e (et) alia corruptio. et sic i(n) i(n)finitu(m).
et i(n)t(er)i(m) act(i)o(n)is n(on) (est) ag(er)e. (ergo) ut(rum) (con)s(e)q(ue)n(s) (est) corrup(ti)o q(uod) ei sit
corrumpe(re). ¶ It(e)m si p(eccatu)m corrupit aut r(ati)o(n)e b(on)i subst(r)ati aut
r(ati)o(n)e defect(us). r(ati)o(n)e boni subst(r)ati no(n) q(ui)a cu(m) corru(m)pere bonu(m)
sit malum bonu(m) nu(m)q(uam) bonu(m) e(ss)et c(aus)a mali q(uo)d (est) f(als)um s(ed)
r(ati)o(n)e defect(us). ¶ S(ed) c(ontr)a corru(m)pe(re) est ag(er)e. nullus defect(us)
(est) p(ri)ncipium act(i)o(n)is (ergo) p(eccatu)m r(ati)o(n)e defect(us) no(n) corru(m)pit.
¶ It(em) si corru(m)pit peccante(m) aut aliu(m) aliu(m) no(n) (con)stat q(ui)a m(ul)
ta sunt p(ecc)a(t)a que no(n) fiu(n)t in aliu(m). n(ec) corru(m)pit pecca(n)
te(m) s(ed) c(ontr)a nich(il) corru(m)pit se ip(su)m (et) nich(il) (e)x (e)a(dem) natu(ra)
(est) agens (et) patiens. (et) (e)ti(am) nullu(m) malu(m) pene corru(m)pit
pu(n)iente(m). (ergo) n(ec) quod malu(m) culpe no(n) corru(m)pit peccante(m)
nec aliq(ue)m aliu(m) (ergo) (et)c. ¶ It(em) si corru(m)pit aut corrupt(io)ne (e)ti(am)
aut corrupt(io)ne a(n)i(m)e corrupt(io)ne carnis no(n) q(ui)a multa su(n)t p(ecc)a(t)a q(ue)
(con)ferunt ad regim(en) sanitatis co(r)p(or)is et ad oblectat(i)o(n)em
c(a)rn(is). n(ec) corrupt(io)ne a(n)i(m)e q(ui)a a(n)i(m)a (est) i(m)mortal(is). (ergo) in ea
nulla cadit corruptio na(m) si corruptio caderet i(m)possibile e(ss)et ip(s)a(m)
e(ss)e p(er)petuam. ¶ It(em) si corru(m)pit aut corru(m)pit q(ua)ntu(m) ad s(ubstanti)a(m)
aut q(ua)ntu(m) ad p(otenti)a(m) aut q(ua)ntu(m) ad actum. q(uan)tu(m) q(ui)d(em) ad s(ubstanti)am
no(n) h(oc) constat aut q(ua)ntu(m) ad p(otenti)a(m) no(n) ut ui(detur) q(ui)a p(otenti)e
i(n)corrupti (e)l(ement)es sicut et s(ubstanti)a p(ro)p(ter) non mi(n)dui(n)t(ur) nec remit
tu(n)tur. cu(m) h(abe)t quis t(antu)m(dem) p(otenti)am uolu(n)tatis post culpa(m)
q(uan)t(um) ante culpam. q(ua)ntu(m) ad actum no(n) (quia) ¶ q(ui)a p(eccatu)m
subit subiectum sibi actum (et) supponit (et) nich(il) corru(m)pit
i(d) s(in)e quo e(ss)e no(n) p(otes)t q(uo)d ordi(n)at(ur) in e(ss)e. (ergo) p(eccatu)m no(n) corru(m)pit
q(ua)ntu(m) ad actum nec q(ua)nt(um) ad p(otentia)m ut uisum (est) (ergo) (et)c.

¶ It(em) si p(eccatu)m corru(m)pit aliq(uo)d bonum aut (ergo) corru(m)pit bonu(m)
n(atur)e aut bonu(m) g(rati)e. no(n) bonu(m) n(atur)e q(ui)a ei no(n) opp(onitur) et ut uult
dyo(nisius). nich(il) e(x)istentiu(m) corrupt(i)o(n)is in eo quod (est) e(ss)entia ul(tra) n(atura) s(ed)
(ergo) corru(m)pit bonu(m) g(rati)e (ergo) nullus pot(est) peccare nisi h(abe)ns g(rati)am
q(ui)a bonum no(n) corru(m)pit(ur) nisi in eo in quo (est). s(ed) h(oc) (est) f(als)um q(ui)a
peccatores peccare possunt (ergo) (et)c. ¶ Est (ergo) q(uo)d q(uo)d bonum
(est) i(d) quod h(abe)mus in nob(is) p(eccatu)m corru(m)pere. s(ed) (con)tra dicend(um) quod ab-
que dubio sicut aug(ustinus) i(n) plurib(us) locis dicit p(eccatu)m corru(m)pit
(et) aliq(uo)d bono p(ri)uat cu(m) (enim) p(er) p(eccatu)m fiat deforma(ti)o (et) obscurat(i)-
o nec possit i(n)telli(gi) ad deformari ul obscurari sine a-
missio(n)e alic(uius) lu(m)i(n)is (et) pulcritudinis necesse (est) i-
ntelligi p(er) p(eccatu)m (ali)quod in nob(is) bonum corru(m)pit(ur). ¶ Ad q(uo)d i(n)-
telligend(um) no(tandum) (est) q(uo)d peccatum no(n) (est) q(ui)d (con)t(ra) p(ri)uo nec (con)t(ra) lo-
nec m(aior) cau(s)a recepta p(eccatu)m siu(e) culpa p(ri)uo ... (est) iusticie
i(us)ticia aut(em) ut dicit ansel(mus) (est) r(e)ctitudo uo(lun)tatis uo(lun)tas aut(em) est
ip(s)a ... c(aus)a ac p(ro)p(ter) h(oc) iusticia (et) sicut iusticia (est) uo(luntati)s
r(e)ctitudo. sic culpa que (est) i(n)iusticia est uoluntatis obliq(ui)-
tas. sicut (ergo) ... fit declinat(i)o a r(e)ctitudi(n)e (et) q(ua)dam r(e)c-
titudinis e(x)tra(cti)o. sic in culpe co(m)missio(n)e fit in a(n)i(m)a q(ua)d(am)
r(e)ctitudi(ni)s ad e(m)ptio(n)e(m) siu(e) corruptio(n)e(m). et (est) attendendum q(uod) (est)
ad r(e)ctitudine(m) uoluntatis (con)cu(rr)a(n)t uidel(ice)t ip(s)a p(otenti)a
r(e)ctit(u)dini(s) (et) ip(s)e habit(us) r(e)ctitudinis et ip(s)a h(abi)litas media.
p(eccatu)m no(n) corru(m)pit ip(s)am p(otenti)am q(ui)a q(uo)d p(otenti)a (est) nec simp(lici)t(er) nec
p(er) ip(su)m quid u(ero) h(abi)tum r(e)ctitudinis simp(lici)t(er) tollit ip(su)m.
u(ero) h(abi)litate(m) mediam quodam(m)o(do) corru(m)pit et quodam(m)o-
do relinq(ui)t (ergo) p(otenti)am nec diminuit nec (auget) aut(em) (iust)iciam
tollit h(abi)litate(m) u(ero) mediam diminuit dum h(omin)e(m) p(ro)p(r)io
mi(nus) (et) minus reddit ad r(e)ctitudine(m) iusticie h(abi)l(em) p(er) q(uo)d
q(uo)d linea mag(is) (et) mag(is) curuat(ur) minus (est) h(abi)l(is) ad dis-
p(ositi)o(n)e(m) r(e)ctitudinis. ¶ Concedend(um) (est) (ergo) sicut r(ati)o(n)es
ostendunt q(uo)d malum culpe h(abe)t bonum corru(m)pe(re).
¶ Ad i(d) u(ero) q(uo)d obi(citur) q(uod) p(ri)uationis no(n) (est) p(ri)uare nec corru(m)p(ere) (ter)mi(n)is
corru(m)pe(re). dicend(um) quod q(ua)mui(s) act(us) no(n) h(abe)at g(e)n(e)ra(re)
re aliu(m) actum t(ame)n h(abi)t(us) h(abe)nt g(e)n(er)ari ex actib(us) (et)
i(d) malum culpe p(ri)uo (est) corrup(ti)o (et) de ordi(n)at(i)o (e)x(ten)s(ive)
in actu p(otes)t e(ss)e c(aus)a de ordi(n)at(i)o(n)is uolu(n)tat(is) (et) h(abi)tu(m)
(et) i(de)o p(eccatu)m siu(e) malum culpe d(icitu)r corru(m)pe(re). h(ic) actus
in ordi(n)at(us) uolu(n)tate(m) reddit i(n)h(abi)le(m). nec s(equitur) ex hoc
q(uo)d act(i)o sit ex act(i)o(n)e s(ed) q(uo)d de ordi(n)at(i)o uoluntatis fit ex
de ordi(n)at(i)o(n)e in actu. ¶ Ad i(d) q(uo)d q(ueri)t(ur) u(trum) malu(m) co(rrum)p(a)t
r(ati)o(n)e boni subiecti ul r(ati)o(n)e defect(us). dicend(um) q(uod) s(ed) corru(m)pe(re)
(et)c. dicit(ur) uidel(ice)t ag(er)e et defic(er)e. nam corruptio
(est) act(i)o cu(m) defect(u). dico (ergo) q(uo)d malum culpe h(abe)t corru(m)pe(re)
i(n) q(uo)d r(ati)o(n)e boni subiecti h(abe)t agendi r(ati)o(n)e(m). u(ero) defect(us) (est)
r(ati)o(n)e defficiendi. et istud p(atet). uoluntas (enim) dum p(ec)cat
corru(m)pit se q(ui)a dum se ip(s)am mou(et) deordinate reddit
se i(n)ordinata(m) (et) ad bonum i(n)h(abi)le(m) nec p(otes)t se deor-
dinare nisi se ip(s)am mouendo (et) q(uo)d dico se moue(re) di-
co ad bonum subiectum. quod aut(em) dico i(n)ordinat(e)
dico defectu(m) (et) h(oc) satis (con)gru(en)t(er) e(x)p(ri)mit aug(ustinus) (et) ma-
g(iste)r tractat in l(itte)ra q(ui)a malicia corru(m)p(itu)r sic corru(m)p(itu)r ab-
s(ti)nencia. ad corrupcio(n)em aut(em) abstine(n)cie (con)currit uis
n(atur)alis (con)cupiscib(ilis) (et) defectus alim(en)ti (et) ita acc(i)o cu(m) defectu
si(mu)l (con)i(un)cta ... i(n)telligi(tur). ¶ Ad i(d) q(uo)d q(ueri)t(ur) aut pecca(n)s
corru(m)p(i)t se aut aliu(m). dic(endum) q(uod) corru(m)p(i)t se q(ui)a n(on) (con)ting(it)
q(uo)d n(on) se ip(su)m corru(m)pit. dic(endum) q(uod) u(ir)tu(tem) (est) s(e)garat s(ed)
oppo(siti)o(n)e(m) n(atur)e sue dicitu(r) culpa aut(em) n(on) fit (con)t(ra) ordine(m)
n(atur)e s(ed) p(rae)t(er) na(tura)m. (et) si obiciat(ur) q(uod) nich(il) (est) agens (et) patiens
s(ecundu)m s(e). i(d)eo (est) d(icendu)m q(uod) istud f(als)um (est) in b(ono) potencie q(ue) possunt
sup(er) seip(s)as reflecti nam sic d(icit) ansel(mus) uolu(n)tas (est)
i(n)st(rume)nt(u)m seip(su)m mouens (et) ca(usa) deordi(n)ate se ip(s)am
mou(en)s se le(di)t (et) d(icit) ip(s)i no(n) cum t(ame)n i(n)ferat p(ro)p(te)r eo ul
q(uod) i(n)debito ordi(n)e se p(ri)uat ul a debito ordi(n)e se elongat.
¶ Ad i(d) q(uo)d q(ueri)t(ur) a(n) p(eccatu)m corru(m)p(i)t r(ati)o(n)e carnis a(n) a(n)i(m)e d(icendu)m
q(uod) p(ri)ncipali(te)r r(ati)o(n)e a(n)i(m)e na(m) (et) si p(eccatu)m ad corru(m)p(tionem) r(ati)o(n)e car-
nis h(oc) acc(id)it sic (enim) s(ensua)litas (con)tinu(a)t ul

sicut s(ensua)litas ... ut(er)a
b(ene) pot(est) no(ce)re corpori. ¶ In au(tem) peccatum semp(er) aliq(ua)m cor-
ruptio(n)em facit non secund(um) s(ubstanti)am p(er) quam (est) i(m)mor(talis) (et)
i(n)cor(ruptibilis) s(ed) secund(um) r(e)ctitudine(m) (et) h(abi)litate(m) ad ip(s)am s(ecundu)m qua(m)
a(n)i(m)a (est) varia(bilis) (et) (m)u(tabilis) i(n) eode(m) statu p(er)man(et) sicut p(atet)
p(er) e(x)p(er)iencia(m) q(uo)d diu sumus in h(ac) misi(er)ia. ¶ Ad i(d) q(uo)d
que(ritur) u(trum) corru(m)pat quant(um) ad s(ubstanti)am aut q(uantum) ad p(otenti)am aut
quantum ad actum. ¶ Dicend(um) quod malum culpe cor-
rumpit q(uantum) ad actum. no(n) simp(lici)t(er) s(ed) in q(ua)ntu(m) actus ille or-
dinabil(is) (est) in fine(m). no(n) (enim) culpa p(ri)uat ip(su)m actu(m) s(ed)
p(ri)uat ordine(m) act(us) in fine(m) (et) p(ro)p(ter) hunc (est) mod(um) dico (quod)
no(n) corru(m)pit p(otenti)am s(ed) h(abi)litate(m) siu(e) ordinabilitate(m) p(er) q(ua)m
ordinat(ur) ad suum compleme(n)tu(m) obi(ec)t(u)m aut(em) illa curu(atur)
ac si diminuit(ur) p(otenti)a s(ed) r(ati)o(n)e p(otenti)e (et) actum sub r(ati)o(n)e
act(us) (et) i(d)o p(atet). ¶ Ad i(d) q(uo)d que(ritur) u(trum) corru(m)pit bonu(m)
g(rati)e ul n(atur)e. dicend(um) quod p(ro)p(ri)e loq(ue)ndo (et) g(e)n(er)al(ite)r ma-
lum culpe (est) p(ri)uatio bonitatis medie i(n)t(er) bonu(m) n(atur)e
(et) bonum g(rati)e que quodammodo ten(et) medium
i(n)t(er) bonum g(rati)e (et) bonu(m) n(atur)e r(ati)o(n)e ei(us) quod ad bo-
num g(rati)e ordinat(ur) attend(itur) penes ip(su)m bonu(m)
(et) malum mo(r)is r(ati)o(n)e (ver)o quod n(ul)l(u)m est no(n) t(antu)m h(abe)t e(ss)e
i(n) iustis s(ed) (et)i(am) i(n) p(e)cc(at)orib(us). (et) i(de)o peccatum siu(e) fiat ab ali-
quo q(ui) h(abe)t iusticiam siu(e) a pecc(at)o(re) s(em)p(er) inuenit
aliquid quod p(ri)uet (et) corru(m)pat.

Sc(un)do que(ritur) u(trum) peccatum sit ip(s)a corruptio passio ce(rte)...
...la(m)do (et) q(uo)d sicut(er) peccatum sicut dicit ansel(mus) n(on)

vtr(um) p(e)cc(atu)m sit ip(s)a corr(uptio) passio e(ss)e(n)t(ialiter) lo(quen)do

est. Ad quintum: absentia uel carentia in eo unde debet esse secundum priuationem actiue passiua non est. Ad quartum quam carentia obiectum in isto ergo essentialiter loquendo culpa est corruptio, prout est passio. Item Augustinus in primo Confessionum: Iussisti domine et sic est ut omnis motus inordinatus pena sibi sit. Sed motus inordinatus est culpa, pena autem motus inordinati non nisi ipsa corruptio passiua, passiua qua homo incurrit ex illa inordinatione, ergo peccatum est ipsa priuatio passio formaliter loquendo. Item omnis actio anime sicut uult philosophus, ergo omnis inordinata actio anime est inordinata passio, sed quod est inordinatum est culpa, ergo illa passio siue corruptio inordinata est culpa. Item cum anima deformat se ipsam ipsa deformitas qua anima deformatur remanet in ea et culpa similiter, aut ergo illa deformitas est culpa aut actio, et constat quod culpa que remanet iam non est actio quoniam ipsa deformitas qua anima deformis facta est, ergo uidetur quod peccatum sit ipsa corruptio passio. Item corruptio passio in qua est priuatio modi speciei et ordinis aut est culpa aut est pena. Si pena ergo uidetur quod talis priuatio secundum actionem, ergo deus animam reddit deformem et iniustam priuatam, quod probatum est dicere. Restat ergo quod sit culpa. Sed contra Augustinus de libero arbitrio: culpa est malum quod facimus, et pena mala que patimur. Sed corruptio passio est malum quod patimur, ergo uidetur quod sit culpa sed pena. Item Augustinus: malum culpe est affectio uoluntaria, malum pene affectio inuoluntaria, sed corruptio passio non est uoluntaria sed inuoluntaria quia nemo uult corrumpi nec deformari, ergo non uidetur quod sit culpa sed pena. Item magister illam peccatum dicit priuationem; peccatum dicitur proprie actiue non passiue, nam ideo malum uel peccatum dicitur corruptio quia nam quodlibet priuat modo bono. Item secundum ipsum in ratione omnis pena est iusta et laudabilis, sed omnis corruptio passio est pena cum diminuit et puniat eum quem corrumpit, ergo omnis corruptio passio est iusta et laudabilis, sed nulla culpa est iusta et laudabilis, ergo nulla culpa est corruptio passiue dicta. Item causa et effectus essentialiter distinguuntur, sed peccatum corrumpit et est principium corruptionis passiue sicut probatum est, ergo corruptio passio et ipsa culpa distinguuntur essentialiter, non est ergo culpa corruptio boni passiue dicta. Item ad predictorum intelligentiam notandum est sicut predictum est peccatum est corruptio existens consistens tam uoluntate uel actum eius siue obliquitas a rectitudine iustitie. Voluntas autem in actu suo est infinitum se in ipsum mouens, unde quando uoluntas ad mouendum uel est si mouetur si mouetur ut afficiatur inordinate, illa inordinatio respicit uoluntatem mouentem et uoluntatem motam, quia uoluntas dum inordinate afficitur inordinate mouet et inordinate mouetur, quando ergo culpa prout consideratur in actu nichil aliud est quam motus uoluntatis inordinatus et ad inuicem motum conuertitur actio et passio, non tamen est corruptio actio immo est corruptio actio passio. Nam inordinatio qua anima se deordinat et inordinatio qua anima deordinatur utrique culpa est differens, opponitur tamen per essentiam. Et quia quales sunt actus tales sunt habitus maxime cum habitus generantur ex actibus sicut est in genere malorum habituum, hinc est quod deformitas uel priuatio inuoluntarie relicta et habet aliquid in se correspondens actioni et aliquid correspondens passioni, nam uoluntas dum peccat actualiter efficitur inhabilis et iniquitatem habet rationem mouentis et quantum habet rationem moti. Ita culpa considerata ut inhabilitas iniquitate remanet in anima post actum peccati et est corruptio sui priuatio correspondens actioni et est corruptio sui priuatio correspondens passioni, et sic eadem est culpa corruptio sui priuatio boni non solum actiue sed passiue dicta, et ueritatem loquendo et secundum comparationem uel corruptio illa iniquitatis est actiue intellecta ratione mere rationem culpe, iniquitatum uero passiue dicta tenet rationem pene, quia iniquitas actiue dicta tenet rationem uoluntarii, iniquitas uero passiue rationem inuoluntarii, nec ista sunt incompossibilia circa eandem actionem et motum, nam experimentaliter uidemus quod in eadem actione contraria et eadem actio et delectat et ledit et per consequens contristat, sicut cum scabiosus cutem suam scalpendo dilaniat et dilaniando delectatur et dilaniando leditur, et unum placet et reliquum displicet. Similiter in eadem actione spirituali est auersio ab incommutabili bono et conuersio ad commutabile bonum, et conuersio placet et auersio displicet. Sic et in proposito intelligendum est quod eadem culpa potest dici actiue et passiue, prout tamen actiue dicitur tenet rationem culpe, inquantum uero passiue tenet rationem pene.

Concedende sunt ergo rationes ostendentes quod aliqua corruptio passio, passio ut potest illa que est rectitudinis priuatio, culpa est. Ad primum ergo quod primo obicitur quod culpa est malum quod facimus etc., iam patet ex hiis que dicta sunt: nam eundem motum possibile est esse actionem et passionem inquantum uoluntas se ipsam mouet, sic et eadem potest esse ratio pene et culpe licet sub alia et alia ratione. Similiter et ad secundum quod obicitur de uoluntario et inuoluntario. Ad tertium quod obicitur tertio de dicto magistri dicendum quod ideo dicit priuationem actionis magister, non propter dictum culpa corruptio actio quam corruptio passio; uerum est etiam quia anima dum caret iustitia quam debet habere culpabilis est, et tamen culpabiliter priuatur et culpabiliter est, et ex hoc quod ipse sibi fecit illam carentiam, nam si inuoluntarie eam sustineret aliunde tunc teneret potius rationem pene quam culpe. Ad quartum quod obicitur quod omnis pena est iusta et laudabilis, dicendum quod est pena inflicta et pena acta et pena contracta; non habet ueritatem nisi prout intelliguntur sub ratione pene priuatio a bono passiua sui ipsius anime deformatio, non est pena inflicta sed est pena acta quia anima hanc penam in se facit dum peccat. Ad primum quod obicitur quod peccatum est causa corruptionis passiue dicendum quod uidetur melius de peccato quod est in actu quod est causa corruptionis in uoluntate per modum habitus et uerbis sicut ostensum est per hec rationem actionis et passionis. Potest tamen dici quod et si peccatum dicatur corruptio non est causa corruptionis sed potius ipse peccans, et si dicatur peccatum esse causa corruptionis passiue hoc dicitur ratione ipsius peccantis, sicut actio dicitur esse causa passionis ratione ipsius agentis formalis. Non idem potest esse actio et passio sola comparatione differens.

Tertio queritur utrum peccatum ex hoc quod corrumpit bonum contrarietur bono increato, et uidetur sic per Augustinum xi de ciuitate dei: uitium contrarium est deo tamquam malum bono, non uero quod sibi noceat, non enim est contrarium sed noxium. Ergo uidetur quod malum eo quod corrumpit natura contrariatur summo bono. Item quod facit hominem rebellem et contrarium deo uidetur potius deo contrariari, sed peccatum facit hominem inimicum deo et pugnare ad aliquid deum resistere, sicut ex diuersis locis scripture accipi potest, ergo etc. Item contrarietas effectuum attestatur contrarietati causarum, quare sic quod causa est in alterius contrarium, quod non potest esse intelligi nisi summi boni est iustitiam facere, peccati uero est iustitia priuare, nec deus potest priuare iustitiam nec malum potest facere iustitiam, ergo uidetur quod malicia sit summo bono contraria. Item quod priuat iustitiam. Item quod contrariatur precepto alicuius contrariatur ipsi precipienti, sed malum contrariatur illis et mandatis dei, ergo deo est contrarium et corrumpit. Item quod mandata dei precipiunt furari [illegible]. Item caritas et cupiditas opponuntur, similiter gratia et culpa opponuntur, sed gratia et caritas deo uniuntur et assimilant, et ita maxime habent cum summo bono conuenientiam, quare cupiditas et culpa reddunt animam deo deformem et a deo separant, et ita ergo habent cum deo contrarietatem et repugnantiam. Sed contra: malum nulli contrariatur nisi ei cui est malum, et nulli est malum nisi ei cui nocet; si ergo malum.

uel peccatum ex hoc quod corrumpit bonum contrariatur bono creato

summo bono potest nocere quia tamen non esset summum. Item quod ratione privationis boni non competit malum ad summo bono. Item omnia contraria nata sunt fieri circa idem; sed malum nullo modo natum est fieri circa bonum summum; ergo nullo modo contrariatur summo bono. Item omnium contrariorum aliqua est proportio; sed mali ad bonum increatum nulla est proportio; ergo nulla contrarietas est istius mali ad illud summum bonum. Item omne contrarium aliquo modo resistit et repugnat suo contrario; sed divine virtuti cum sit omnipotentissima nichil potest resistere; ergo impossibile est malum contrariari deo nec in se nec in suo opere. Item nichil quod facit ad pulcritudinem operis contrariatur sapientie artificis; sed mala que permittuntur faciunt ad decorem universitatis; ergo nullo modo contrariantur nec bonitati nec sapientie conditoris. Queritur ergo per quem modum habeat istud intelligi quod malum faciat hominem deo inimicum et dei adversarium cum dei voluntas impleatur ex omnibus et omnia subiaceant eius voluntati et nutui. Respondeo dicendum quod aliquod malum contrariari alicui bono dupliciter potest intelligi aut in se et secundum formam aut in suo effectu et in operatione. Primo modo malum non potest contrariari summo bono cum illud sit bonum per essentiam cui omnino nichil est contrarium. Secundo vero modo quodam modo potest contrariari et quodam modo non. Dupliciter enim potest aliquid repugnare alicui in suo effectu aut quia repugnat ex parte virtutis ipsius agentis aut quia repugnat ex parte ydoneitatis ipsius suscipientis. Primo modo nichil potest repugnare deo in suo opere quoniam virtus dei omnipotentissima est et ideo nullum potest invenire obstaculum. Secundo modo subdistinguendum est, quia nocumentum in effectu hoc potest esse dupliciter aut simpliciter et universaliter aut in parte. Primo modo nichil potest contrariari deo in opere suo; tantus enim est et talis ordo universitatis quem ei conditor dedit ut a nullo malo possit perturbari secundum quod in pluribus locis vult augustinus. Ultimo vero modo aliquid potest repugnare deo in effectu suo quia per malum boni contingit aliquem dei effectum inhabilem ad susceptionem divine influentie ad optentum perfectionis et beatitudinis ad quam ordinatur ex sua primaria conditione. Et sic patet quod uno modo malum potest deo contrariari in suo effectu et sic rationes ad primam partem inducte ostendunt. Aliis vero modis non sic ostendunt rationes que ad secundam partem inducuntur et illis diversis viis verum concludunt et concedende sunt. Per hunc est modum solvendum est ad illud quod ultimo obiciebatur. Et propterea cum quis dicatur inimicus deo iuxta modum predictum distinguenda est voluntas beneplaciti et voluntas signi. Et voluntas beneplaciti est ipse deus, voluntas vero signi dicitur aliquid creatum. Cum ergo dicitur quod homo adversatur deo hoc non intelligitur quod adversetur et inimicetur voluntati beneplaciti cui nullus potest resistere immo semper impletur vel ab homine vel de homine sed hoc dicitur quantum ad voluntatem signi quia cum deus precipiat unum homo malus facit contrarium et in deo adversatur. Et talem hominem qui sic adversatur deus odit non affectu repugnantia (?) sed effectu punitionis. Sic enim hominem affligit sicut eius affligeret suum adversarium et sic eum affligendo ordinat eum ad honorem suum et reddit eum sibi subditum et sic voluntati beneplaciti cetere voluntates subserviunt et militant quamvis aliquando contrarie videantur ratione eius quod repugnant voluntati signi. Sic et omnia mala a deo ordinantur divino ordini in aliquo effectu (?) [illegible] et per hec que dicta sunt satis potest faciliter ad quesita responderi.

Consequenter queritur secundum partem illam que de modo corrumpendi bonum per peccatum. Et cum dicat augustinus quod malum sit corruptio modi speciei et ordinis, circa hec queruntur tria. Primo quare in peccato malum habent ista tria simul et inseparabiliter. Secundo quare vero hec tria per malum corrumpantur equaliter sive eque principaliter. Tertio queritur utrum possint corrumpi totaliter.

Circa primum sic proceditur et queritur utrum per quod malum habeant ista tria scilicet modus species et ordo corrumpi simul et inseparabiliter et quod sic videtur primo per diffinitionem mali quam ponit augustinus: malum est privatio modi speciei et ordinis. Sed [illegible] (?) hec ratio est; ergo debet convenire cum malo; ergo quod malum est privatio istorum trium. Item impossibile est esse modum sine specie et ordine et econverso; sed quando aliqua se concomitantur in esse necessario se concomitantur in privatione; si ergo malum est privatio alicuius horum necesse est quod simul illa tria habeant corrumpi. Item maior est connexio in habitibus in[illegible] quam modo ordine et specie quoniam sit in habitibus virtutum qui sunt diversi formaliter secundum speciem sed per connexionem habitui animam unitive vel habitum necessario et omnes perduntur; ergo multo fortius cum per malum privatur ordo privatur simul species et modus. Item per donum gratie melioratur anima et ei habilitas quantum ad hec tria scilicet modum speciem et ordinem nam gratia reddit animam meliorem et pulcriorem et rectiorem; ergo cum culpa directe opponatur gratie et tollat ipsam gratiam videtur quod hec tria simul et inseparabiliter corrumpat et minuat. Sed contra modus attenditur in creatura per comparationem ad deum sub ratione efficientis et species sub ratione exemplaris et ordo sub ratione finis; sed quamvis creatura deordinetur a deo secundum comparationem sub ratione finis nichilominus tamen salvatur comparatio eius ad deum sub ratione efficientis et exemplaris; ergo ad corruptionem ordinis non sequitur necessario corruptio modi et speciei. Item in corporibus videmus modum aliquorum sine specie et speciem est aliquorum posse sine ordine per malum; ad quod nocet bono in anima [illegible] et homines in debitam quantitatem habent pulcritudinem et econverso et similiter est de ordine; sed sic se habet malum culpe ad modum et speciem et ordinem in spiritualibus sicut malum culpe quod nocet potius ad modum speciem et ordinem in corporalibus non privantur illa tria inseparabiliter, videtur quod nec in spiritualibus. Item nos videmus quod alia bona naturalia sic se habent quod unum potest auferri sine altero sicut fortitudo sine eloquentia et econverso; ergo si modus species et ordo dicuntur bona naturalia ipsi anime videtur quod unum sine altero privari habeat per malum culpe. Item non unum uni opponitur; ergo unum malum opponitur uni bono; aut ergo quod hec peccatum claudit in se tria peccata sive mala aut si unicum est peccatum sive malum videtur quod non tollat simul et semel ista tria. Si tu dicas quod ista tria simul conveniunt in unum bonum quo quidem possit nullus contrarium differre (?). Contra [illegible] et ideo cum in omnibus habeant reperiri quare dicuntur per malum culpe privari quod non reperitur nisi in sola creatura rationali. Ad horum intelligentiam est notandum quod triplex fuit modus distinguendi et assignandi modum speciem et ordinem in rebus. Nam aliqui acceperunt ista tria secundum diversas proprietates in eadem re consideratas ita quod modus dicatur per proportionem ad genus quantitatis continuitatis et species per proportionem ad genus qualitatis et ordo per proportionem ad genus relationis. Sed iste modus assignandi non consonat verbis augustini nam ipse vult quod in [illegible] bono non solum [illegible] sit reperire ista tria. Unde hec tria extendunt se ad omnia entium et predicamentorum genera. Alii vero assignandi modum et distinguendi ista tria sunt per comparationem ad diversa. Quelibet enim res habet tripliciter considerari videlicet in se et per comparationem ad alias res coniunctas et incompositas ad finem. Ut prout in se consideratur sic attenditur in ea modus nam unaqueque res in se ipsa finita est et modificata, ut autem comparatur ad res alias sic attenditur in ea species sicut attenditur pulcritudo partium secundum situm quem habent in toto, ut autem comparatur in relatione ad finem sic attenditur in ea ordo: unaqueque res ordinata est dum directe tendit ad finem ad quem est. Iste autem modus dicendi et si videatur elici ex verbis augustini ad hoc tamen perfecte veritatem non attingit. Omnibus enim aliis rebus circumscriptis remanente una sola anima ad hoc potest peccare et adhuc potest attendi in ea modus species et ordo. [illegible] per dictis rationabilior quia modus species et ordo considerantur in ea ad

vel 4 per quod malum habent ista tria modus species ordo corrupi

rerum diversitas comparationes suas relationes ad idem, attenduntur in una quaque re [illegible] secundum ipsam est vestigium creatoris; quidem vestigium consistit in comparatione creature ad creatorem secundum triplex genus cause sicut patet in I libro dist. 3, quia modus attenditur secundum comparationem creature ad creatorem in ratione cause efficientis, species in ratione cause exemplaris, ordo in ratione cause finalis. Et quia quelibet creatura quantumcumque modicum habet istam comparationem ad deum in quolibet ente creato reperiuntur hec tria. Iuxta hunc modum attendendum est quod creatura rationalis cum sit quedam res ultra hoc preter alias creaturas operans per voluntatem et utroque modo habet comparari ad deum et utroque modo habet reperiri in ea modus species et ordo, utique modo habet etiam reperiri malum, quia istorum trium corruptivum est malum culpe pro eo quod consistit circa ipsam secundum quod est voluntarie operans et non privare habet modum ordinem et speciem secundum illum quod consistunt circa ipsam voluntatem ut est voluntarie operans. Voluntas autem cum habet modum, speciem et ordinem sicut dicit bona est, tunc autem voluntas vere bona est quando in movendo operando conformatur divine voluntati ut principio movendi et formatur ei ut regule dirigenti, et unitur ei ut fini quietanti; et in primo attenditur modus, in secundo species, in tertio ordo secundum comparationem in triplici genere cause. Quando ergo voluntas peccat, distinguitur a deo tamquam a principio movente, quia de [illegible] ad peccatum discordat a deo tamquam a regula dirigente et elongat se et deordinat aliquo a fine quietante, ponens creaturam finem. In omni peccato necesse est illa tria corrumpi, et sic patet quod omne peccatum corrumpit in voluntate hec tria scilicet modum speciem et ordinem simul et inseparabiliter, et concedende sunt rationes hoc ostendentes. Ad rationes vero in oppositum adductas facile est respondere. Ad primum enim quod obicitur quod semper manet talis comparatio ad efficientem et cetera, dicendum quod voluntas ut est quedam res habet ad deum comparari illo triplici genere cause et secundum hoc habet quendam modum speciem et ordinem in quibus communicat cum omni genere creature, et malum culpe non habet illa hoc modo privare; alio modo sicut predictum est habet comparari ad deum ut moventem, reficientem et dirigentem, et hoc modo non habet manere talis comparatio ad deum sub ratione cause sive regule dirigentis nec est sub ratione moventis sicut non manet sub ratione finis. Ad istud quod obicitur quod in incorporibus unum potest adimi sine altero, dicendum quod hec in incorporibus possunt accipi dupliciter: uno modo prout accipiuntur penes dispositiones diversas, et hoc modo unum potest adimi sine altero, sed hoc modo non attenditur in eis ratio vestigii. Alio modo prout attenditur penes idem secundum comparationes videlicet prout cadit sub [illegible] dat modum speciem et ordinem secundum diversas comparationes in triplici genere cause, et hoc dico esse quia ad primum modus esse vel prout cadit sub actu [illegible] dat [illegible] ad bonum esse, et hoc nullo modo fallit quia si fiat corruptio in modo pariter fiat in specie et ordine et econverso. Ad aliud quod obicitur quod malus bonis naturalibus non est ita, dicendum quod non est simile, quia alia bona naturalia [illegible] diffunduntur, et ideo unum potest corrumpi sine altero et tolli, non sic autem est in modo specie et ordine, immo est idem fundamentum, sicut ostensum est, et per hoc patet responsio ad ultimum, nam et si modus species et ordo videantur esse tria bona non tamen sunt diversa per essentiam sed dicunt tres comparationes eiusdem boni. Patet etiam illud quod ultimo querebatur quoniam culpa non est in omnibus in quibus reperitur modus species et ordo, quia non est privatio illorum trium secundum quod in eis consistit generalis ratio vestigii et consistunt esse omnem creaturam, sed prout consistunt esse voluntatem deliberativam.

Secundo queritur utrum hec tria per quodlibet peccatum corrumpantur equaliter et quod sic, ut dicit Augustinus [illegible] de natura boni: ubi hec magna sunt magnum est bonum, ubi parva parvum, et hec tria attenduntur intensio et diminutio in omni bono; sed idem bonum non potest esse minus bonum se ipso, necesse est quod cum ista tria privantur quod equaliter priventur. Item ista tria sunt vestigium trinitatis, sed in ea est perfecta equalitas et consubstantialitas, sed sicut hec tria sunt consubstantialia quod unum sine altero esse non potest, sic et sunt equalia, sed quantum diminuitur de uno necesse est tantum diminui et de reliquis. Item hec tria non est privari nisi bonum privari sicut prius ostensum est, sed in eodem respectu idem non est magis et minus reperire, sed si per idem malum ista tria privantur necesse est privari equaliter. Item quanto voluntas plus recipit a deo tanto est deo similior, et quanto deo similior est tanto magis ad deum tendit, sed necesse est quod quantum habet de uno tantum habeat de dispositione de specie et ordine, et sic necesse est illa tria bona per malum privari equaliter. Sed contra videtur quod malum plus privet ordinem quam malitia in opere principaliter attenditur penes intentionem de ordinatam, sed si penes hanc principaliter consistit ordo videtur quod malum habeat plus privare ordinem quam modum vel speciem. Item modus species et ordo correspondent illis tribus videlicet unitati veritati et bonitati, sed malum plus et principaliter de bonitate aufert quam aufert de unitate et veritate, sed si hec tria correspondent illis tribus videtur quod non adimantur ista tria equaliter. Item his tribus in quibus attenditur ratio vestigii videlicet modus species et ordo correspondent illa tria in quibus attenditur ratio ymaginis videlicet memoria intelligentia et voluntas, sed peccatum cum deformat ymaginem non deformat omnes potentias equaliter immo principalius et magis deformat voluntatem, sed pari ratione videtur corrumpit modum speciem et ordinem sed principalius aufert ordinem quam modum vel speciem. Item peccatum loquendo generaliter et proprie deformitas est, sed omnis deformitas principaliter dicit privationem forme sive pulchritudinis, sed speciei, si culpa non privat hec tria equaliter sed principaliter privat speciem. Item malum aliquo modo potest bene ordinari sicut dicit Augustinus in Enchiridion, sed nullo modo potest speciosum esse cum sit privatio, ergo videtur quod in malo magis stat privatio speciei quam ordinis, non ergo fit privatio illorum trium equaliter. Item non fit privatio malicie respectivo nisi per privationem prius secundum quod malum in aliquo absoluto in ad aliquid, et per se et per accidens nec est motus nec privatio mutatio, sed si ordo dicit relationem ad alterum non potest fieri corruptio in ordine nisi per corruptionem prius fundamenti, videtur ergo quod corruptio fiet per malum non respiciat illa tria equaliter.

Respondeo dicendum quod cum ista tria videlicet modus species et ordo prout privantur per malum culpe sint conditiones [illegible] de bonitate voluntatis non solum ab invicem inseparabiles verum etiam equales equaliter privantur, per quod cuiuscumque malum culpe quod est [illegible] malum culpe in tantum deordinat in quantum facit deo dissimilem et in tantum elongat a deo ita quod quanto ad deum [illegible] equaliter reddit animam ordinatam et speciosam et potentem in bono tantum vel magis quam ad deum [illegible] similiter et ad [illegible] dotium sic est in culpa fit equaliter sit privatio hec trium sicut dicit [illegible] tota [illegible] equalitate in dotibus gloriosis sic est ut dicit Augustinus [illegible] quod totum nomen mali de speciei privatione receptum est, non est per malum solum speciei privet vel principaliter sed quod in privatione speciei intelligitur privatio aliorum. Concedende sunt ergo rationes que ad primam partem inducuntur. Ad primum ergo quod obicitur quod malicia principaliter consistit penes intentionem, dicendum quod verum est, sed quod ipse obicit quod ordo attenditur penes intentionem, dicendum quod intelligitur penes quandam comparationem, nam circa ipsam intentionem consistit modus species et ordo ex quibus et bona est intentio et bona est actio que ex intentione procedit. Ad secundum vero quod obicitur quod modo speciei et ordini respondet unitas veritas et bonitas [illegible]

quia verum est quod in illis rebus consideratur gradus vel vestigium prout attenditur in ipsis; attendendum est corruptio mali culpe que consistit in voluntate. Hec tamen habent considerari in bono per quod bonum est, sicut in precedenti problemate patuit; non est ergo per malum habent privari, cum dicto opposito illis. Ad quartum quod obicitur quod malum non est nisi deformat omnes potentias imaginis, dicendum quod non est simile, quia ille potentie sunt diverse et ad diversos actus ordinate, ita quod aliquarum illarum actus respiciunt culpam et iustitiam, set plures et maxime non; sic autem est in proposito, nam hec tria sola comparatione differunt et eundem habent idem fundamentum; necesse est quod quantum diminuitur unum diminuatur alterum. Ad quintum quod obicitur quod malum culpe est deformitas opposita pulcritudini, set ... civitas opposita pulcritudini, ... non sequitur quod magis sit privativum ordinis quam specierum; non enim dicitur deformitas per solius pulcritudinis privationem, set etiam multis privationibus aliorum; magis tamen denominatur a privatione speciei et forme propter hoc quod species est ratio cognoscendi. Ad sextum quod obicitur quod malum est ordinabile, dicendum quod duplex est ordo. Est enim ordo ante finem esse qui est ex intentione facientis, et est ordo post finem esse qui quidem attenditur secundum iustitiam retribuentis. Primus ordo est ille qui privatur a malo per malum, et hunc ordinem malum non potest habere sicut nec speciem. Set secundus ordo per malum [illegible] malum est ordinabile in penis secundum illum ordinem. Ad septimum quod obicitur quod non sit privatio universaliter nisi per aliquid absolutum, dicendum quod tam species quam ordo [illegible] actu potentie necesse est respectivum; ideo non magis privatur unum per alterum quam e converso. Nichilominus tamen hec tria tolluntur privationibus [illegible] quantum ad absolutum tamen non privantur cum homo [illegible] peccat inordinate [illegible] seipsum.

Tertio queritur utrum per malum contingat bona corrumpi totaliter. Et quod non videtur Augustinus in Enchiridion: bonum in quo malum est quamvis corruptum minuatur adhuc remaneat; ergo per culpam numquam aufertur totum bonum quod per malum corrumpitur; set tale bonum attenditur in modo specie et ordine, ergo et cetera. Item Augustinus de verbis loquens de hiis tribus: ubi hec magna sunt magnum bonum est, ubi parva parvum, ubi nulla nullum. Ergo si per culpam totaliter fieret horum ademptio, fieret peccantis ad nichilum redactio; set hoc est impossibile quod anima peccando ad nichilum redeat; ergo impossibile est quod ista tria totaliter corrumpantur. Item malum si malum est aliquid adimit; set impossibile est quod aliquis tot mala faciat et tantum peccet quin adhuc possit peccare; ergo numquam tantum peccat quin adhuc inveniatur in eo culpa aliquod bonum quod possit adimi; set hoc bonum consistit in modo specie et ordine, ergo et cetera. Item de natura desperandi est dum est in vita quod quantumcumque peccet adhuc habilitatem habet boni faciendi; set quantum dum habet habilitatem benefaciendi adhuc habet ad bonum quod malum potest corrumpere; et sic habet modum speciem et ordinem; ergo numquam ista corrumpuntur totaliter per malum culpe. Item demon quod malum corrumpit totaliter tunc quando ille desinit esse; an non sic sit ergo per peccatum contingit corrumpi substantiam immortalem et incorruptibilem angeli, scilicet [illegible] quod est impossibile, si non desinit esse aut ergo potest peccare aut non potest. Si potest peccare ergo aliquid boni potest perdere et sic adhuc habet ad debilitatem modo et specie et ordine que corrumpuntur per malum culpe. Si non potest et substantia [illegible] que non potest peccare habens liberam voluntatem melior est illa que potest peccare quod est similior; ergo per multitudinem peccatorum perveniret ad statum meliorem, set hoc est falsum et impossibile; ergo primum ex quo [illegible] videlicet modus species et ordo totaliter adimantur per peccatum. Set contra: omne quod a quo fit ad contrarium et ablatio si non est infinitum aliquando est totaliter ad contrarium; set omne bonum quod est in anima sibi [illegible] habilitas, habilitas sibi posita finitum est; ergo si per malum culpe tollitur et adimitur necesse est quod aliquando totaliter adimatur. Item si tantum

malum adimit tantum de bono quantum maius malum maius adimit et duplo malum duplo adimit, set nullum peccatum est in magnum quin adhuc possit esse maius, ergo similiter per peccatum adimitur aliquid de bono; possibile est quod anima committat infinitum magnum peccatum quod totaliter bonum per peccatum privatur. Item cum augmentatur caritas, contingit quod modicum inde aufertur ut potest anima auferri, ergo contingat intelligere quod aliquando totum auferatur quantum per rationem non inquietate diu tamen quod continuo peccatur per malum si homo peccet continue aliquando totum erit consumptum. Item sicut se habet gratia ad privationem sic se culpa ad bonam habilitatem; set gratia a deo potest esse quod omnino aufert privationem, sicut patet in Christo et beata virgine in quibus tanta fuit gratia quod nulla fuit in eis ad malum privitas; ergo pari ratione videtur quod a deo potest esse culpa quod totaliter privat ad bonum habilitas. Item sicut status glorie confirmat quem in bono, ita status damnationis confirmat in malo; ergo sicut per gloriam redditur homo impossibilis ad malum ita per damnationem et cetera nam redditur impossibilis ad bonum; set ubi est ad bonum impossibilitas ubi nulla est ad bonum habilitas; si ergo habilitas ad bonum est id quod adimitur per peccatum et est modus species et ordo tollitur per culpam videtur quod hec aliquando totaliter sint ad empta.

Respondeo dicendum quod absque dubio per malum culpe non contingit omnino removere et privare habilitatem voluntatis ad bonum nec modum speciem et ordinem secundum illam attendunt; et hoc manifeste apparet quia numquam voluntas potest esse nisi in habilitate et aptitudine ad bonum; sicut ergo voluntas non potest peccando desinere esse, sic non potest totam habilitatem illam perdere et modum speciem et ordinem que secundum illam attenduntur totaliter admittere. Et hoc quidem dicit Augustinus expresse et communiter sentiunt omnes doctores. Set quare per peccatum habilitas illa adimitur continue numquam finiatur sive consumatur difficile est assignare; et super hec diversi senserunt diversimode. Quidam enim dixerunt quod illa habilitas numquam totaliter tollitur pro eo quod et si sit finita in se est tamen ordinabilis ad infinitum bonum et ad infinitos actus; et ideo numquam potest tolli nec per peccati magnitudinem nec per peccati multitudinem. Set iste modus non satisfacit, nam habilitas quantumcumque diminuatur per peccatum adhuc est ad infinitum bonum adhuc et ad infinitos actus; quia ex illa parte ita magna est sicut prius erat, quia in nullo est diminuta, quia ordinatio ad bonum infinitatem et ad actuum multitudinem nichil facit ad illius habilitatis diminutionem, immo potius ex hoc arguitur quod nullo modo minuitur cum infinitum non sit in minus infinito ex ea parte qua infinitum. Et propterea alii dixerunt aliter quod illa habilitas et si semper minuatur per peccatum adhuc tamen numquam totaliter tollitur quia divisibilis est in infinitum sicut enim in corporalibus quantitas molis divisibilis est in infinitum et numquam potest adeo per divisionem diminui quin adhuc possit minor effici, sic in spiritualibus habilitas potentie que est quantitas virtutis numquam potest per peccatum adeo parva effici quin adhuc possit minor fieri; et hec michi probabilis quod adeo sit finitum actu et infinitum divisione et quod sic semper diminuibile et numquam totaliter sumptibile. Set nec iste modus dicendi satisfacit; nam quamvis continuum sit divisibile in infinitum tamen numquam est continuum aliquid ita magnum quod si diminuatur diminutione continua proportionali et postmodum continue fiat ablatio partis eiusdem partis sicut prius et sic consequitur procedendo quin aliquando totum consumatur sicut patet si ab aliquo auferetur modicum sicut est unus acervus quod si malum adeo tollit de

vtrum per malum contingat bona corrumpi totaliter

de illa habilitate cum non sint in infinitum tanta aliquando est totaliter consumpta. Si tu dicas quod hoc videtur esse sine consequentia, culpa tamen adimitur sicut in prima nunc, etenim non est, sic quod semper minutum adimitur et tamen numquam finitur, ut si quis enim dicat in diminuendo accipere millesimam partem diminuendi et postmodum millesimam partem residui, et sic procedendo numquam totaliter tolleret. Sed numquam hoc modo diminuitur: non satisfacit pro eo quod maior culpa plus tollit de bono et minorem culpam praecedentem potest subsequi maior culpa, et sic contingit procedendo gradus secundum partem semper maior et maior ademptio et ita necesse aliquando potuit esse illud totum bonum consumptum. Et ideo dixerunt aliqui aliter, videlicet quod illa habilitas semper minuitur et numquam finitur, sed venit ex hoc quod est durabilis et continue influitur. Quamvis sit actu finita, unde sicut aqua quae est in fonte scaturiente actu finita est, numquam tamen potest exhauriri quin semper remaneat propter hoc quod est in vero continue influendi, sic et in proposito dicunt se habere quod ipsa habilitas ad bonum oritur a libertate voluntatis et quantumcumque voluntas se actu se dehabilitet, quia tamen semper remanet libera, semper potest se ad bonum habilitare, et ita sicut si aer subtraheret radios soli illuminati, sol continue posset suos radios restaurare continue habens actualem finitatem, sic et in proposito dicunt se habere, et ideo cum peccator non possit ipsam voluntatem quae est radix et principium illius habilitatis perimere et voluntas semper possit illam habilitatem continuare, malum culpae numquam potest eam totaliter consumere, quamvis aliquo modo possit diminuere. Sed nec iste modus dicendi satisfacit, nam si ideo habilitas non finitur propter hoc quod continue restauratur, sic duo sequentur inconvenientia, quorum unum esset quod nec habilitas minueretur nisi ad tempus, sicut nec aqua fontis; aliud esset quod homo posset resurgere a peccato per se ipsum, si illam habilitatem posset voluntas sine gratia retinere et restaurando continuare. Et propterea est quartus modus dicendi videlicet quod habilitas semper potest minui, numquam totaliter consumi, et hoc quia est elongabilis a rectitudine in infinitum sicut enim linea curva potest in infinitum elongari a rectitudine et numquam tantum elongari quin adhuc possit magis, sic cum malum corrumpat habilitatem elongando ipsam a rectitudine pro eo quod ipsum malum sui malitia est curvitas et intentio in malo est per recessum a bono, habilitas illa adeo numquam diminuitur quin adhuc posset amplius diminui, quia numquam adeo elongatur quin magis adhuc possit elongari et numquam adeo incurvatur quin possit magis curvari, et ideo semper potest per malum diminui et numquam totaliter tolli. Hic autem modus dicendi inter ceteros magis procedit magis et nobis rationabilior pro eo quod fundatur super modum adimendi ipsius mali, corrumpit enim sicut dictum est per elongationem a bono sicut Augustinus dicit et magis infine distantius recedat in vita. Ad hoc igitur modi intelligentiam ampliorem videndum notandum est quod culpa sic corrumpit et diminuit habilitatem illam sicut ei opponitur. Sed non opponitur illi habilitati secundum id quod est in potentia fundata sicut prius fundatur in fine. Sed secundum id quod est in potentia ordinata ad gratiam et ideo numquam corrumpit eam nec minuit in quantum aliquid parte sui aufert secundum id quod est sed quia deordinat ab eo ad quod est, et propter hoc sic minuit quod reliquit et ideo sic corrumpit quod numquam totaliter tollit. Unde sicut dicit magister quod concupiscentia ex usu carnalis continue minuitur et numquam finitur, quia caritas opponitur ipsi concupiscentiae secundum radicem suam, et secundum id in qua radicatur, sed secundum id ad quod inclinat, sic intelligendum est esse in proposito et id melius manifestatur si situatur

intellectus habilitas enim illa quam dicimus diminui est idoneitas animae ad suscipiendum gratiam et ad cooperandum gratiae iam susceptae. Iuxta igitur dicitur culpa illam habilitatem minuere quia reddit animam minus idoneam ad utrumque, dum enim homo peccat deum offendit et ex hoc efficitur indignus et ineptus ad suscipiendum gratiam dei, iuxta est quod peccat pronum reddit ad malum et in hoc efficitur ineptus ad opera virtutum. Sed planum est istud quod numquam est adeo indignus gratia dei quin adhuc possit esse indignior, quia numquam tantum deum offendit quin adhuc possit offendere. Numquam est adeo indignus quin quamdiu est in statu viae sit susceptivus gratiae et ita numquam ex illa parte efficitur inhabilis omnino ad susceptionem gratiae. Similiter ex parte pronitatis nullus est adeo pronus quin possit adhuc pronus effici magis pro eo quod voluntas semper est libera et ideo numquam pronitas in voluntate potest fieri necessitas et in potentia esse homo semper magis et magis pronus et magis ineptus ad cooperandum gratiae atque propter hoc ex neutra parte totaliter dehabilitatur et sic patet quod habilitas illa per culpam semper potest minui et numquam totaliter tolli, et ideo hoc est quod non minuitur aliquo per ablationem sed elongationem non secundum id quod est sed secundum id ad quod est. Hoc enim modo illi habilitati opponitur non per hunc modum ab ea diminuitur. Concedendae sunt igitur rationes quae hoc ostendunt. Ad rationes ad oppositum satis plana est responsio, nam quod obicitur per locum a ratione per hoc solvitur, quia illae rationes ex malo intellectu diminutionis procedunt. Arguunt enim ac si habilitas minueretur secundum id quod est et ei per aliquam ablationem tolleretur, hoc autem non est sic sed per elongationem ut dictum est, et ideo numquam potest tot peccatis dehabilitari quin adhuc possit magis prohiberi nec est tanto peccato quin adhuc maiori. Et ideo dicit Dionysius quod malum est infinitum non quia adeo sit malum summum quod nihil possit esse peius, sed quia non est adeo ita malum quin adhuc possit esse peius. Et ideo per quantumcumque malum numquam adimitur habilitas secundum totum, quamvis enim sit finita modo tamen ad minuendum ipsam protendit se usque in infinitum, non infinitate actuali sed potentiali. Quare scilicet dominus quod circuitum arcto infinitum potest recedere. Ad illud vero quod obicitur quod gratia totaliter tollit concupiscentiam, dicendum quod quaedam est gratia quae opponitur ipsi concupiscentiae secundum id quod est, quaedam vero quae opponitur ipsi solum secundum id ad quod est. Et prima est gratia gratis data et totaliter potest tollere concupiscentiam dum sanat et reintegrat naturam vitiosam. Alia vero est gratia gratum faciens et de hac dicitur autem quod quantumcumque diminuat concupiscentiam numquam tamen finit eam. Et huic gratiae assimilatur culpa respectu habilitatis non autem illi, nam sicut dictum est non opponitur illi habilitati secundum se sed secundum id in quo est, sed secundum id ad quod est. Ad illud quod obicitur quod gloria reddit impotentem ad malum, dicendum quod pena reddit impotentem ad bonum sed tamen aliter et aliter, quia gloria reddit impotentem ad malum in eo quod in eo aufert radicem mali ipsam concupiscentiam et datur plenitudo boni. Damnatio vero aeterna reddit impotentem ad bonum non quia sit ibi plenitudo omnis mali nec est quia aufert aptitudo ad bonum et ideo illa impotentia sed quia aufert merendi spatium et de amplius non offert gratiam iuvantem ad bonum et ideo illa impotentia non dicit privationem habilitatis omnimodam sed potius habilitatis impedimenta, unde si aliquis damnatus ad statum viae reduceretur nulla sibi habilitate collata de novo habilitaretur ad susceptionem gratiae et propterea quantumcumque ordinatio habilitatis impediretur tamen habilitas numquam totaliter tollitur. Esto autem quod concederetur tolleretur nunc sic ad hoc tamen non sequeretur quod totaliter tolleretur per peccatum, nulla enim culpa ponit hominem extra statum viae et ideo non aufert homini habilitatem ad susceptionem gratiae. Sumpte ista sunt quaestiones circa istam et primo quaeritur de illa distinctione quam ponit peccatum est diminutio vel privatio.

vel concupitum contra legem dei. Videtur enim dicere falsum. Aut enim hoc intelligitur disiuncte aut subiuncte. Si subiuncte, ergo membra non possunt simul stare, quia nullum idem peccatum factum est et concupitum et factum. Sed hoc est falsum, quia omne peccatum factum est concupitum.

Item videtur quod non conveniret omni peccato, quia peccatum omissionis non est factum nec concupitum nec dictum. Ergo quod male sit assignata, quia non convenit omni peccato mortali actuali. Solutio: dicendum quod predicta diffinicio est peccati actualis et mortalis proprie, quod est peccati actualis. Dicitur quod est dictum vel factum vel concupitum propter triplicem actum, videlicet potencie interpretative et operative et affective, quae omnes sunt potencie quodammodo motive. Et quod est mortale dicitur quod est contra legem dei, et sic convenit omni et soli, quia omne peccatum actuale aut est concupitum tantum, aut est concupitum et exterius consumatum, et hoc vel per verbum vel per opus. Soli vero convenit, quia non convenit veniali, cum non sit contra legem dei, nec originali, cum non sit dictum vel factum.

Ad primum quod queritur utrum teneatur disiuncte vel subiuncte, dicendum quod disiuncte. Sed ultimum membrum intelligitur cum precisione reliquorum vel minime. Unde sensus est quod omne peccatum aut est dictum et concupitum aut factum et concupitum aut concupitum tantum. Ad id vero quod obicitur de peccato omissionis, dicendum quod omne peccatum sicut vult Augustinus radicem habet amorem mali, et ideo etiam in peccato omissionis licet proprie aliter actus principales, quia tamen illa preteritio ortum habet ex amore alicuius boni commutabilis, ut patet quia aliquis non vult ad matutinas surgere quia vult in lecto quiescere, ideo peccatum omissionis cadit sub hoc membro quod est concupitum.

Item queritur de hoc quod dicitur: *peccatum est voluntas retinendi vel assequendi quod iusticia vetat*. Aliquod enim est peccatum in quo aliquis nec vult retinere nec aliquid assequi, immo potius intendit destruere, sicut est in ira et odio et invidia.

Item velle assequi quod iusticia vetat vel retinere hoc est avaricie vel rapine. Ergo omne peccatum erit rapina. Et est quod cum peccata ita bene sint contra alias virtutes sicut contra iusticiam, quare magis diffinitur peccatum per oppositionem ad iusticiam quam per oppositionem ad virtutes alias? Solutio: dicendum quod Augustinus diffinit peccatum per illud quod est radix omnis mali; vocant est amor libidinosus vel rei habite vel habende. Iste preter ordinem et regulam legis ethice; ideo dicit quod peccatum est voluntas assequendi vel retinendi quod iusticia vetat. Ita quod describitur amorem inordinatum qui est radix omnis peccati, et per id ad quod est et per id quod que est. Quod ergo obicitur de ira et odio, dicendum quod licet sit de destructione eius, tamen ibi delectatio eius, et propter hoc continetur sub hac assignatione. Ad id quod obicitur quod tunc omne peccatum erit rapina, dicendum quod assecutio ibi stat non solummodo pro cupiditate rerum exterarum, immo est talis appetitus. Iusticia vero pro tanto ibi stat prout est cardinalis virtus, sed prout est virtus generalis que omnes virtutes complectitur et cui omnia vicia opponuntur.

Item queritur de hoc quod dicitur: *Iniquitatis assignatio de actuali* de actuali peccato agitur et mortali non veniali. Videtur enim quod male fiat assignatio peccati. Si enim recta descriptio vel assignatio debeat convenire omni et soli, cum iste diffinitiones non conveniant omni peccato, ergo non recte assignantur. Si tu dicas quod peccatum non dicitur de eis univoce sed equivoce, contra: que conveniunt in causa et effectu habent univocationem. Sed omne genus peccati ortum habet ex peccato Ade tam originale quam actuale quam et veniale. Omnia et genera peccatorum in hoc conveniunt quod reddunt animam dignam pena et privant ab ea ad bonum quod est iusticia vel ad iusticiam ordinatum. Ergo videtur quod de eis univoce dicatur peccatum. Et sic ergo videtur quod una debeat esse omnium assignari de peccato prout dicitur de hiis omnibus generibus. Et ergo quod videtur contingat unam communem rationem assignare omni generi peccati. Hoc est quod videtur peccatum de eis dicatur univoce. Et si tu dicas quod sic, in contrarium est quia quod univoce

communiter in aliquo habent proportionem sed mortale et veniale nullam est proportio. Ergo nec univocatio.

Item videtur falsum dicere cum dicitur quod predicte assignationes non conveniunt peccato veniali; veniale enim peccatum est dictum vel factum vel concupitum, et contra legem dei, sicut dicitur Exodi vii: non concupisces, glossa: bona est lex que dum concupiscentiam prohibet omnia mala prohibet; ergo venialia prohibentur a lege dei. Ergo predicta conveniunt veniali. Solutio: dicendum quod peccatum prout dicitur de originali, actuali, mortali et veniali, nec dicitur omnino univoce nec omnino equivoce sed quodam medio modo, scilicet analogice. Ratio culpabilitatis principaliter reperitur in peccato actuali mortali et communiter in originali et postremo in veniali. Et ideo notificationes que dantur de peccato simpliciter potissime referuntur ad peccatum actuale mortale quod est peccatum simpliciter, et per hoc patet responsio ad illa que obiciuntur. Nam ex hoc quod illa tria genera peccatorum conveniunt in causa et effectu non concluditur quod peccatum dicatur de eis univoce sed analogice, quia in hiis non communicant equaliter sed per prius et posterius. Et ideo cum queritur utrum possit una communis ratio assignari, dicendum quod potest una assignari ratio que conveniat eis per prius et posterius, et per communitatem analogie, ut potest sic dici quod peccatum est meritum pene vel privatio boni.

Ad id ergo quod obicitur quod nulla est proportio, dicendum quod et si nulla est proportio quantum ad commensurationem quantitatis demeriti, est tamen proportio inter veniale et mortale per consimilem comparationem et ad originem et ad effectum communem.

Item queritur de alia diffinitione Ambrosii quam ponit: *peccatum est prevaricatio legis divine et celestium mandatorum inobediencia*. Videtur enim quod hec ratio non conveniat omni peccato; quedam enim, ut dicit Augustinus, sunt mala quia prohibita, quedam prohibita quia mala; ergo si nulla esset lex nec aliqua precepta data, adhuc essent quedam peccata; non ergo omne peccatum est prevaricatio et cetera.

Item sicut obediencia distinguitur ab aliis virtutibus, ita inobediencia ab aliis viciis; ergo male diffinitur omne peccatum per inobedienciam.

Item ita peccat qui non obedit prelato sicut qui non obedit deo; ergo non tantum est peccatum inobediencia celestium preceptorum sed etiam terrenorum.

Solutio: dicendum quod lex aliquando accipitur stricte pro lege scripta vel data; aliquando large prout comprehendit legem nature et legem scripture et legem gratie et interiorem notificationem, et sic lex accipitur large.

Ad id quod obicitur de obediencia dicendum quod obediencia dupliciter accipitur: uno modo prout dicit observanciam mandatorum dei, et sic est communis omnibus virtutibus; alio modo prout specialiter considerat rationem precepti, et sic est virtus divisa ab aliis, quia potissime habet usum suum in hiis que sunt bona quia precepta. Et sicut obediencia dupliciter accipitur, scilicet large et stricte, et interiorem notificationem accipit large.

Ad id quod obicitur de obediencia prelati, dicendum quod totum pendet ex mandato dei qui deus mandat quod obediatur homini.

Item de hoc quod dicitur non constitute peccato virtus fortasse non esset. Videtur enim falsum dicere, quia si non esset culpa, purior esset caritas, ergo virtus perfectior et maior. Si tu dicas quod hoc non asserit sed sub dubitatione dicit, contra: ipse falsum dicit qui certum ponit in dubium sicut qui dubium asserit in certum.

Et dicendum quod in illo verbo non potest nec significatur virtus non esse non continere malicia, sed hoc significatur quod non ita apparet sicut nunc apparet, et ideo dicit fortassis non esset, id est non cognoscerentur ita esse.

Item queritur de hoc quod dicitur dicit in illo capitulo: patet etiam quia peccatum est privatio sive corruptio boni, scilicet privatio et posito opposito; minime peccatum recte diffinitum est supra: peccatum est dictum vel factum et cetera. Ergo male diffinitur per privationem.

Item videtur hoc quia cum unius rei una sit diffinitio, unde est hoc quod peccatum ita multum et varie diffinitur a sanctis? Queritur etiam penes quid ille diffinitiones

distinguantur. Ex his patet quod peccatum in loquendo formaliter et in loquendo materialiter, scilicet ratione substantie, et quod formaliter loquendo privatio est. Similiter vero loquendo de substantia actus, id est alii diffiniunt per privationem, alii per positionem, quare quedam sunt formales diffinitiones, quedam materiales, et utraque modo intelligitur. Si enim consideremus peccatum secundum quod dicit privationem, sic potest esse triplex: aut in genere simpliciter dicitur recessum a bono, aut respectu ordinis recessum a rectitudine divine nature, aut in comparatione recessum ab ipso boni complemento et perfectione, et secundum hoc sunt diffinitiones triplices ab Augustino que omnes ibidem cumulantur diversis verbis quia posite sunt in libro de civitate dei et habetur. Peccatum est absentia boni, ut dicit ibi. Secunda de libro de vera religione: peccatum non est appetitus naturarum malarum sed desertio meliorum. Tertio de libro de natura boni: peccatum est corruptio modi speciei et ordinis. Secundo modo scilicet prout peccatum dicit recessum a rectitudine nature, inveniuntur tres diffinitiones que ibi cumulantur alia et alia, quarum una est: damnum, quod est peccatum est ab eo quod est secundum naturam in id quod est preter naturam actio. Alia est: amictio peccati est carentia debite iustitie. Tertia est: amor peccati est defectus quidam a luce veritatis non primus sed obscurans. Tertio vero modo videlicet prout dicit recessum ab omnis boni complemento et perfectione, sic reperitur triplex diffinitio, que differt solo verbo in quantum posite sunt ab Augustino in libro de libero arbitrio: malum est aversio a bono incommutabili vero ab eodem in libro de vera religione: peccatum est carere bonis in commutabilibus quibus fruendum est. Tertia sumitur ab eodem Augustino peccatum et tenebras intelligit sic; nihil enim aliud est nisi privatio amissionis lucis. Et inde hee omnes sunt notificationes peccati quam formales; sed et alie notificationes que dicunt actum substantie vel materiale secundum triplicem considerationem peccati quam habet ibi hic etc. ad videlicet ad deum quem offendit, ad virtutem quam excludit, aut ad bonum ut natura quod prendit. Si in comparatione ad deum quem offendit sic est triplex, quarum una accipitur ab Augustino in libro contra Manicheos: peccatum est et veritatis preceptis ut ipsi veritati errare. Alia ab Ambrosio in libro de paradiso: peccatum est prevaricatio legis divine et celestium inobedientia preceptorum. Tertia ab eodem Augustino ut habetur infra: peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem dei. Secundo in comparatione ad virtutem quam excludit sic reperitur triplex diffinitio, quarum una sumpta est ab Basilio: peccatum est dispositio anime contrarie se habens ad virtutem. Secunda ab Augustino in libro de duabus animabus: peccatum voluntas retinendi vel assequendi quod iustitia vetat. Accipitur enim ibi iustitia generaliter prout omnem virtutem complectitur. Tertia ab eodem in libro de vera religione: peccatum est appetere que Christus contempsit vel contempnere que Christus appetiit, nam Christus fuit omnis virtutis speculum etc. Tertio in comparatione ad bonum quod prendit sic inveniuntur triplex distinctio regeneriens, licet differat modo verbi quarum una est Augustini in libro de civitate dei: peccatum est male uti bono. Secunda vero in libro de triplici: peccatum est uti fruendis et frui utendis, et similiter in libro lxxxiii questionum. Tertia est eiusdem Augustini in libro de libero arbitrio: peccatum est spreto incommutabili rebus commutabilibus adherere. Fortassis autem et alie notificationes ab istis xviii possunt reperiri, nam due alie sunt que videntur etiam loqui peccatum secundum utramque acceptionem ut est illa: peccatum est actus incidens ex defectu boni, et illa: peccatum est meritum pene eterne, et sic in universo sunt viginti.

Sciendum tamen quedam sic esse peccata etc. Superius declarauit magister quid sit peccatum secundum rem et diffinitionem, hic parte incipit utrum peccatum sit pena peccati. Dividitur autem pars ista in partes duas. Iuxta primam magister morem quem illam ex dicit secundum opinionem quorundam secundo vero secundum opinionem propriam ibi Innullo tamen puniri etc. In prima duo: primo ponit tres principes ad ducit magister auctoritates in quibus ostendit quod unum peccatum sit alterius sit alterius peccati pena. Secunda vero monitionem determinat iuxta aliorum opinionem ibi Et ideo mirum etc. Iuxta vero subiungitur illius opinionis maiorem explanationem ibi et certe ex hoc sensu omne peccatum maior dici posset etc. Similiter etiam pars principalis in quam istam quem determinat secundum propriam opinionem dividitur in partes tres. In prima ponit determinationem propriam quem secundum propriam opinionem confirmamus eam auctoritate sanctorum. Infra secundo determinat quoddam dubium in predictis auctoritatibus sanctorum propositum ibi. Illud attentius diligenter notandum est quod supra positis etc. Iuxta vero breviter epilogat ea que dicta sunt ibi Satis diligenter possumus etc. et sicut hac totali parte agitur primo de comparatione culpe ad penam ut videlicet culpa sit pena. Tamen alias tamen an alia sunt et essentialiter et quamvis secundum opinionem aliquorum peccatum sit pena tamen essentialiter, secundum tamen opinionem magistri quam mirum innuit non tamen essentialiter sed est causaliter essentialiter pena est.

Ad intelligentiam eorum que in hac parte dicta sunt tria inquiruntur hic quod primo queritur de comparatione culpe ad penam per ydemptitatem. Secundo vero queritur de comparatione culpe ad penam per inseparabilitatem. Tertio queritur de comparatione pene ad divine iustitie equitatem. Circa primum queruntur duo: primo queritur utrum unum peccatum sit alterius peccati pena. Secundo queritur utrum pulsiones actus tantum an pene tantum similiter tantum.

Circa primum sic proceditur, queritur utrum peccatum sit pena peccati et quod sic videtur Apocalypse ultimo: qui in sordibus est sordescat adhuc. Glossa: iustum est ut qui est in sordibus non est ad quod est in peccatis et sordescere non est ad quod peccare quod peccatum est meritum alterius peccati. Secundo arctatis peccatum sequens est retributio precedentis, sed retributio peccati non est nisi pena, quare etc. Item Gregorius expositione dicitur et habetur inde quod primum peccatum apostasie et ultimum pena ignis et intermedia que sunt et peccata sunt et pena sunt. Item ysidorus: deus occultam superbiam eorum vindicat per manifestam luxuriam, sed luxuria peccatum est et pena, quare manifesta luxuria est pena superbie. Item ex hoc quod homo peccat meretur a deo relinqui, sed ex hoc quod relictus cadit in aliud peccatum, quare sic hic iste qui unum peccatum commisit meretur per consequens dimitti eadem ratione, quare sicut dimissus cadit in aliud peccatum, ideo quod secundo secutum eadem ratione ad primum sicut ad mitium, sed omne tale est pena peccati, quare etc. Item deo quod est peccati pena in quo homo dampnificatur et leditur et in quod per peccatum inducitur, sed superbus hoc ipso quod vult alium excellere necesse cadit in invidiam quam videt alium superare, sicut enim dicit Augustinus in libro de vera religione necesse habet alius invidere qui non vult ab alio superari, quare videtur quod invidia sit pena superbie, et invidia absque dubio est peccatum, quare peccatum est pena peccati. Sed contra omnis pena peccati est laudabilis, nulla culpa est laudabilis, quare nulla culpa est pena peccati. Maior probatur quia omne quod iustum est laudabile est, sed omnis pena peccati iusta est sicut dicit Augustinus et habetur infra eo modo vero preceptum. Item omnis pena est ordinativa culpe et per hoc faciens ad universi decorem, sed culpa subsequens non ordinat culpam precedentem nec decorat immo magis deturpat, quare culpa non est peccati pena. Item si culpa subsequens est pena precedentis, quare arctatis culpa precedens est meritum subsequentis pari ratione illa culpa que est subsequens est meritum alterius et sic deinceps. Si quare nullum peccatum debet remanere impunitum, videtur quod homo debeat peccare in eternum, quod hic est inconveniens et indignum, patet quod peccatum non est peccati meritum quare ut unum peccatum est alterius punitivum. Item si sequens peccatum punitur precedens quare cum deus non puniat in idipsum culpa sequenti perpetrata culpa precedens non debet puniri aut si puniatur non debet tantum puniri, quod si sic esset vero reputaret quis commodum de malicia, quod si hoc est inconveniens patet etc. Item si peccatum est pena peccati et deus non punit supra condignum, nunquam peccatum esset sequens esset magis precedenti, quod falsum de plano est cum contra de minori peccato devenit ad maius planum est quod peccatum non pena peccati. Ad hoc dicendum quod absque dubio sunt auctoritates sanctorum expresse dicunt tenendum est quod peccatum est pena peccati sed attendendum est quod esse hoc est duplex modo intelligendi, secundum quod magister intelligit innuit. Quidam enim dicere voluerunt quod peccatum est pena peccati non tamen essentialiter sed secundum id quod est sibi concomitans vel [?] quod consequitur sicut patet quia peccatum manifestum ex quo consurgit infamia dicitur esse vindicta peccati.

vtrum peccatum sit pena peccati

quia meretur quis quantum ad meritum
congruum non precedit ei
quam meretur

ignominia

ordi. non ratione ipsius transgressionis sed ratione infamie consecutive vel pec-
catum . Ignorantia est manifesta ignorantia est pena peccati supra dicte sic pec-
cator nam et alia sunt que vocat apostolus passiones ignominie
pena est ratione ignorantie non ratione culpe videtur quod peccatum pro
pena peccati precedentis ratione lesionis quam infert et sic idem est
peccatum et pena peccati ita tamen quod peccatum dicitur essentialiter et pena peccati
tanti causaliter. [C]um quandoque totum modo non tantum unum peccatum
possit dici pena alterius sed etiam unum peccatum possit dici pena sui
causaliter loquendo quia peccans se ipsum ledit et tamen sicut ostensum
fuit in precedentibus non tantum actio inordinata est culpa.
Verum etiam ipsa deformitas que remanet in anima et ipsa anime
deformatio non modica est pena unde sicut rationes predicte ostendunt
dicit quedam ordinatio iusti et retributionis est inter culpam pre-
cedentem et sequentem et quantum ad id quod culpe sunt. Ideo est ali-
a opinio que magis videtur magistri consentire quod peccatum sequens
non tamen causaliter sed essentialiter ut sic loquamur est pena peccati precedentis
et hoc ideo sicut magister dicit in nullo fit preiudicium
veritati immo hoc est satis planum nam pena duo dicit et di-
cit malum sive dampnum et dicit ordinem ad precedens meritum
et hec duo contingit reperire esse sequens peccati dampnificatur
enim et nocumentum est impositum quia peccatum est enim peccatum
noceat et magnum malum incurrit quia cum incurrit in pec-
catum et si merito ad debet hic post ordinatio
habet ideo quod sequens sed ipso enim quod homo est in peccato dignus est di-
mitti eadem in aliud unde … apostolus ult. Sicut dicitur in glo.
iustum est ut qui in sordibus est sordescat adhuc. Concedendum est
quod simpliciter quod peccatum potest esse pena peccati ut expresse dicunt auc-
toritates sancti. [A]d primum vero quod obicitur quod omnis pena est lau-
dabilis dicendum quod illa propositio dupliciter potest intelligi aut quod laus at-
tribuatur pene ratione id quod est aut meritum pena. Si attribuitur
pene secundum id quod est. sic est falsa multe enim sunt pene
que passiones ignominie. tamen sunt laudabiles sed vi-
tuperabiles. Si autem attribuatur pene sub ratione pene hoc
est in quantum est precedentis peccati punitiva sic omnis pena
est laudabilis propter hoc quod est ordinata … modo
intelligenda est hec propositio omnis pena est iusta. cum igitur infertur quod
peccatum sit iustum illud quod sit laudabile est sophisma secundum
accidens quia proceditur a laudabilitate ordinis ad laudem rei or-
dinabilis hec autem non sequitur quia frequenter laus ordinis convenie-
ns est ordinali materie cum ordo est ordinate vituperabile
convenit laudabiliter. [A]d primum quod obicitur quod omnis pena est
ordinativa culpe dicendum quod verum est quod eo modo or-
dinat quo punit et illa que simpliciter est pena et
simpliciter punit est simpliciter ordinativa et illa que sufficienter
punit sufficienter ordinat. eo modo quo punit illa que
simpliciter est pena et simpliciter punit est simpliciter ordina-
tiva que vero est secundum quid et non punit sufficienter ordinat
solum secundum quid et unde cum … sicut quidam ordo laudabilis est
sed magis manifestus pene infernalis ad culpam
Quidam ita ordo est laudabilis sed minus manifestus peccati sub-
sequentis ad peccatum precedens et in hoc ordine laudatur
divina iustitia que committere unum peccatum iusto iudi-
cio permisit labi in aliud. [A]d primum quod obicitur quod culpa precedens //
non est meritum condigni sequentis hoc non est quantum ad me-
ritum condigni sed congrui que quidem agitas in alia cogitare
de facili potest responsari. Sicut enim est congruum quod de pane
permittatur labi in aliud peccatum sic est congruum quod … mer-
male usus est vita eam sibi auferat et in infinitum deni-
gat sicut est congruum ut dimittat cui cadere in ad
peccatum sic est congruum ut sine labe tunc
det ei auxilium ut in alia culpa non corruat. [A]d
primum quod obicitur quod deus non puniet bis in id ipsum dicendum quod pro-

sequens non erat pena inquantum fiet reddito de condigno sed so-
lum de congruo et sic retributio est respectu meriti quis quantum
ad meritum condigni datur. Unde de iustis bona in presenti
non propter hoc dat minora infinito sic intelligendum est hoc in
proposito. [A]d istud quod ultimo obicitur quod deus non punit ultra
condignum etc. [I]am patet. Tamen sed non intelligitur de pena quam adeo
infligit ipse et de ea que est peccatum precedens respicit
meritum condigni … aut hoc deficiat in proposito nam cul-
pa sequens secundum id quod est non est adeo culpa sequens non ordi-
natur ad precedens peccatum secundum rationem condigni sed secundum rationem congrui
congruit hoc ordini divine iustitie sicut ostensum est.

[S]ecundo queritur utrum passiones anime sint pene tantum
an pene simul et peccata et quod sint pene et peccati videtur
Omne illud per quod quis meretur mortem eternam est peccatum
sed per passionibus anime meretur quis mortem eternam. Matthei v.
Qui irascitur fratri suo reus est gehenne ignis ergo ira que est
passio anime est culpa pari ratione et alie passiones
anime. [I]tem omne illud quod repugnat directe virtu-
ti est culpa sed ira et invidia et alie passiones anime
repugnant virtutibus ergo etc. [I]tem omne illud quod est contra
rationem rectam est culpa sed passio anime que est dolor de ali-
eno bono est contra rationem rectam quia de illo iudicat esse gau-
dendum ergo etc. [I]tem illud inquantum ratione culpe quod inquantum est
impugnativum est sed inclinativa gratie superne
mutationem impugnat spiritus sancti gratiam ergo cum hec sit passio
anime et pena videtur quod passiones anime sint peccata
[I]tem ad hoc ipsum est ratio Augustini de lib. lxxxiii. q.
arguit enim sic omnis perturbatio est passio sed planum est
quod cupiditas est culpa ergo peccatum est passio ergo etc.
Contra redit ergo idem quod prius [S]ed contra omni peccato sicut dicit
Augustinus dominatur et regnat libido. Vel: aut regnat libido et est
impleta delectatione ergo omne peccatum inquantum peccatum delec-
tatio sed huius passiones earum puniunt et constat ergo in-
quam non sint peccata [I]tem omnis culpa actualis est
voluntaria sed iste passiones anime non sunt volun-
tarie ergo non sunt culpa sed tantum pena. [I]tem omnis
culpa vituperatur nec laudamur passionibus autem anime nec
laudamur nec vituperamur sicut vult philosophus ergo passiones a-
nime non sunt peccata [I]tem opposita nata sunt esse in
eodem genere sed nulla virtus est passio cum omnis virtus sit
in genere habitus ergo nullum vitium sive peccatum est passio.
[I]tem in omni peccato est conversio ad commutabile bonum
nihil autem passionibus anime que sunt invidia ira tristitia
quod sunt tedium boni et aversio quam conversio ergo tales
passiones anime non sunt culpe [R]esponsio dicendum quod sicut
expresse magister dicit infra et probat paucis … ante
quedam sunt passiones anime que non penales sunt
solum penales verum etiam culpabiles sicut ira et invidia sed
autem hee passiones peccata sunt tamen peccata inquantum passiones
sicut idem … dicit et hec inquiri omnis autem passio in
quantum ipsa anima patitur non est anima peccatum sed hee passio-
nes peccata sunt ratione mediationis voluntatis convincte
vel antecedente vel consequente propter quod notandum est quod quedam pas-
sio est illata ab extrinseco et ex hanc non consistit meritum
nec demeritum nisi in quantum animo respuitur vel accep-
tatur unde occidi propter non est meritorium nisi in quantum
est voluntarium ab eo qui occiditur unde … loquendo in talibus
passionibus passio non est meritoria sed sufferentia passionis
est. Alia passio que ortum habet ab intrinseco et hec
dupliciter potest oriri quia quedam oritur ex corruptione nature
quedam vero ex conversione voluntatis libere illa que oritur
ex corruptione nature in duplici differentia est quam natura corrupta est

2 modi

in pende

ordinat

// illud q

// e contra sequens … meritum congruum … culpa precedens … meritum sequentis

secundi

2

modi

3o

Utrum passiones anime sint pene tantum an pene sint et peccatum

inordinata corruptione per concupiscentiam corrupta et corruptione penali per mortalitatem inflictam. Ille ergo passiones que oriuntur ex corruptione nature ut est corrupta penali corruptione tenent rationem pene tantum ut fames et sitis; ille vero que oriuntur ab ipsa ut est corrupta corruptione inordinata non tantum habent rationem pene sed etiam culpe, sicut sunt inordinate affectiones anime que consurgunt ex morbo concupiscentie, et tales sunt passiones ire et invidie et consimiles. Pro eo autem quod hee passiones oriuntur conversione voluntatis ad aliquod bonum amabile, sicut est quod voluntas habet converti dupliciter, passiones hee sunt in duplici genere. Voluntas enim aliquando convertitur ad bonum simpliciter et tunc detestatur et odit quod adversatur illi bono ut potest peccatum, et hee passiones consurgentes inde sunt ire et invidie commendande. Est etiam voluntas aliquando ad bonum proprium et ad bonum ut nunc, et tunc passiones que inde assurgunt culpabiles sunt et male, sicut et voluntas a qua oriuntur; sed non habent plenam rationem mali et culpe nisi quando in voluntate consummantur, ut potest quando vult aliquis irasci et invidere et contristari. Et sic patet quod huiusmodi passiones anime peccata sunt et in quantum oriuntur ex corruptione concupiscentie et in quantum ortum habent ex inordinato amore voluntatis deliberate. Concedende sunt ergo rationes ostendentes aliquas passiones esse peccata anime. [Ad illud] vero quod obicitur in contrarium primo quod libido regnat in omni peccato, dicendum est quod verum est secundum quod libido dicitur improba voluntas, sed non omnis secundum quod libido dicitur immoderata delectatio. Nichilominus tamen potest dici quod in istis peccatis reperitur libido et proprium motum, nam invidus delectatur in bonis singularitate et iracundus delectatur in adeptione vindicte, immo quod plus est, sicut iustus ex rectitudine voluntatis delectatur dolendo de malo culpe, sic est invidus quandam delectationem refectionem invenit in dolendo de aliena prosperitate, ita quod delectatio est de uno et tristicia de altero. Quemadmodum enim aliquis de amico mortuo quod multum dilexit vehementer tristatur, et magis est illi consolatio posse tristari, et ibi solum invenit quietem in fletu et dolore, sicut Augustinus in iiii. Confessionum dicit de se, sicut invidus in dolendo de bono alieno in illa passione invenit quandam delectationem in eo quod placet sibi de bono alieno contabescere, ita tamen multum utilitatis respersa est amaritudine. [Ad illud] quod obicitur quod passiones sunt involuntarie, dicendum quod involuntarium dicitur dupliciter sicut et voluntarium. Uno modo dicitur voluntarium cuius principium est voluntas; alio modo dicitur voluntarium quod comitatur voluntas, et secundum hunc modum duplicem dupliciter dicitur involuntarium: uno modo ut dicatur involuntarium quod non est a voluntate efficiente, alio modo ut dicatur involuntarium sicut vitatum. Hoc de passionibus que sunt ab intrinseco sicut prius ostensum est, immo possunt esse voluntarie non solum sicut a voluntate comitante, immo sicut a voluntate causante, quando diligit aliquid inordinate. [Ad illud] quod obicitur quod passionibus non laudamur nec vituperamur, dicendum quod hoc verum est per se loquendo, per ut tamen radicem ex voluntate et voluntas generat eas et laudari possumus et vituperari sicut prius ostensum est, et ideo ratio illa non concludit quod hee passiones non sunt peccata, sed quod non sunt peccata in quantum eas patimur. [Ad illud] quod obicitur quod nulla virtus est passio, iam patet responsio, quia licet aliqua virtus potest esse passiones consistere sicut peccata et secundo

per ut ille passiones efficiuntur voluntarie et in proposito sic intelligendus est esse inchoatio. Tamen potest dici quod passio quamvis non sit virtus nisi ex actu voluntatis sunt concurrentis, potest tamen aliqua passio in quantum egreditur a natura viciata et corrupta esse peccatum, nec natura illa vero compulsa exigatur ad complendum bonum quam ad committendum malum. [Ad ultimum] iam patet responsio, nam iste passiones oriuntur conversione voluntatis ad commutabile bonum et ideo peccata sunt; nunquam enim quis invidet alteri nisi inmoderate amaret proprium bonum, et ut vult dampnum inimici est lesio concupiscentie, immo generaliter, sicut ostendit Augustinus .xiiii. de civitate dei, omnes hee passiones ortum habent ex amore.

Consequenter queritur de comparatione pene ad culpam secundum separabilitatem et circa hoc queruntur duo. [Primo] queritur utrum contingat in aliquo ponere culpam sine pena subsequente. [Secundo] queritur utrum in aliquo reperire penam sine merito precedentis culpe.

Circa primum sic proceditur quod videatur contingat in aliquo ponere culpam sine pena subsequente, et quod sic videtur: Eccl. v. altissimus est patiens redditor, sed patiens non statim vindicat iniuriam suam sed ut in tempore ex peccato; ergo videtur quod deus peccatorem non statim puniat; ergo contingit in aliquo esse culpam sine pena. [Item] prior est deus ad misericordiam quam ad condempnandum, sed iniustum non habet statim coniunctum premium; ergo videtur similiter quod culpam non statim habeat iunctam penam, ergo etc. [Item] pena est, ut dicit Augustinus, labor involuntarius, sed impiis et peccatoribus in hac vita multa prospera proveniunt et plures sicut adhuc in malo letantur, quod dolorem non sentiunt; ergo videtur quod ponere sit peccatum absque pena saltem ad tempus. [Item] si statim peccator cum peccat punitur, aut punitur sufficienter aut insufficienter; si sufficienter, ergo non debet amplius in inferno puniri; si non sufficienter, ergo ad tempus remanet impunitum; sed qua ratione ad tempus remanet impunitum eadem ratione et totum; ergo videtur quod peccatum possit saltem ad tempus separari a culpa pena. [Item] multo iustior et benignior deus quam aliquis homo, sed ad laudem benignitatis humane spectat ut in nullo vindicet iniuriam sibi factam; ergo multo fortius hoc decet facere deum; ergo videtur quod saltem ad tempus debeat relinquere peccatum impunitum. [Sed contra] Augustinus .i. Confessionum: iussisti domine et sic est ut pena sua sit sibi omnis inordinatus appetitus animus. Si ergo ad culpam necessario sequitur animi inordinatio, necessario ergo ad culpam sequitur aliqua punitio. [Item] ubicumque est peccatum est ibi perversio modi speciei et ordinis; ubi autem hoc est, ibi est dampnificatio; ubicumque autem dampnificatio, ergo impossibile est culpam esse in aliquo absque pena. [Item] in aliquo ubicumque autem dampnificatio est mediante culpa, ibi est iusta punitio; ergo impossibile est culpam esse in aliquo absque pena. [Item] quicumque inordinate convertitur ad bonum ut nunc amittit a bono simpliciter, et qui cum adquirit carnalem delectationem perdit spiritualem consolationem, sed propter spiritualem consolationem ad quam anima nata est et amittere donum gratie est esse bonum anime, hoc est maximum dampnum et penam incurrere; ergo videtur quod nunquam committit absque pena. [Item] universum id dicitur esse valde bonum et optime ordinatum, sed ideo quod est optime ordinatum non potest esse ordinis corruptio nec simpliciter nec ad tempus, sed peccatum absque pena est inordinatio; ergo impossibile est ad modicum peccatum esse impunitum. [Item] ad iustitie perfectionem spectat superare iniusticiam, sicut ad sapientie perfectionem spectat vincere maliciam, ut dicitur Sap. viii. sapientia vincit maliciam; impossibile est ad malum esse quod divina non sit in mor

secundo

ani deordinatio

utrum contingat in aliquo ponere culpam sine pena subsequente

dimittet et ex ira bonitatis deficiat quia cum iustitia dei similiter omnia superat, in iustitiam impossibile est aliquam culpam committi quin statim ad eam non sequatur aliqua pena. Respondeo dicendum quod impossibile est culpam in aliquo esse quin eo ipsam sequatur pena inseparabiliter, et ideo hic sunt propter ex parte divine equitatis et repletionis universi et ex ordinatione culpe et ex conditione peccantis. Ex parte divine equitatis ideo sunt tante; non decet eam que videt omnia ut non peccatum dedecus peccati ad modicum esse sine decore iustitie. Omnia enim que decet sub iustitiam supplere pulcritudine universi qualitas non sunt universum enim ex ordine pulcritudinem habet et talis est ista pulcritudo que decet. Sed ad ostensionem summe sapientie non nullo modo fedari potest ac per hoc nec ad monstrum esse et ea ad inordinatum tunc nec peccatum a pena separatur. Ex parte culpe ideo sunt, nunquam enim culpa committitur quin modo et specie et ordo est actione privetur, et dum voluntas se volutate et actu suo sic deordinat tenet ipsam in culpa et dum inclinat in se et ordine privat quantum ad habitum ad bonum. Talis autem privatio magis est in ipsa anima damnificatio cetera, et ideo dicit Augustinus in quodam sermone de innocentibus: nemo habet in iustum lucrum in archa dampnum in conscientia ueste et perdidit fidem acquirit pecuniam et perdidit iustitiam. Ex conditione peccantis ideo sunt quia voluntas rationalis est ex parte qui media est inter sensualitatem et sinderesim media est inter deum et alias creaturas. Et cum se convertit ad hoc inferiora ab eo recedit qui sursum est, et dum adquirit proprium bonum amittit magnum quod dum accepit bonum suum nunquam amittit bonum superius et quia creatura media facit se infimam ipsam tunc est peccando recordat cum sensualitate discordat cum synderesi et cum discordat cum synderesi interit et illa repugnantia remorsum quendam et afflictionem naturalem dum peccat perdit magnum bonum perdit honorem proprium perdit solacium et incurrit remorsum. Sic patet quod ad culpam inseparabiliter sequitur pena. Sive dicatur pena quedam damnificatio sive dicatur pena afflictio sive inuo[illegible] passio sed pena que est damnificatio semper sequitur actu et habitu, quia nunquam est homo in culpa quin semper sit in dampno. Afflictio vero sive remorsio sequitur habitu quamvis propter delectationem actualem ut in consideratione sive distractionem animi non sentiatur. Et per hoc patet quod quamvis peccatum claudit in se penam et quamvis peccatum potest dici pena peccati est tamen pena sive ipsius. Secundum enim diversam comparationem voluntatis peccantis ad sinderesim et sensualitatem idem ipsum et habet rationem peccati et habet rationem pene sicut ostensum est. Concedende sunt ergo rationes quod pena consequitur inseparabiliter. Ad primum ergo quod primo obicitur in contrarium quod altissimus paciens redditor, dicendum quod duplex est loqui de pena: scilicet quantum ad statum inchoationis et remediabilitatis, et sic inferre decet quia hoc decet suam iustitiam. Secundo quantum ad statum consummationis et irremediabilitatis. Differt hoc enim decet suam benignitatem et patientiam. Propter hoc divitias nos expectat ad penitentiam.

Ad illud quod obicitur quod deus non statim remunerat, dicendum quod sicut in pena magnitudo afflictionis differtur et minor afflictio et remorsio peccatoris comitatur, sic et beneficiis in tribulatione dulcedinis absconde beneficiis melior tamen aliquis primitie sunt degustande et in omni opere bono quedam iocunditas conscientie et tranquillitas bene operanti conceditur. Quod est sic fructus et remuneratio operis illius et hoc est quod dicit apostolus laborantem agricolam oportet primo de fructibus ... etc.

Ad aliud quod obicitur quod pena est passio involuntaria et afflictiva tamen patet ex hiis que dicta sunt nam licet sit damnificatio et afflictio quamvis non semper sentiatur.

Ad aliud quod obicitur quod deus punit sufficienter aut non, dicendum quod punire sufficienter hoc est dupliciter aut simpliciter aut quod competit statui in presenti, ergo punit culpa sufficienter sed hoc non simpliciter sed prout competit statui presenti et in tali punitione salvatur debitus ordo et melior post egressum anime a corpore debetur. Sed pene aculo — nec remanet impunita nec inficitur ad impunitatem sed totum punitur licet non plenarie quod exigit tempus illud.

Ad illud quod obicitur quod ipso benignius totum ordinat, dicendum quod non est simile pro eo quod deus est ipsa iustitia si propria offensa dimitteret impunita in iniuriam faceret ipsi iustitie. Non sic autem est de homine, preter enim ipse sibi videre ultiones sibi reservante omnia punienda. Unde quod ipse dimittit impunita alii punire non potest. Non sic autem est de homine qui habet alium superiorem iudicem et quod ipse non punit quando ad deum remittit.

